

ROSETUM PARNASSIUM, FONTE CASTALIO RIGATUM, ...

Johann Ulrich Erhard









ROSETUM
RNASSIUM,

nte Castalio rigatum,

que florum genere exornatum:

sive

mata Varia,



Phœbo sereniore

anquilliâ meditatione


progenita

AUTHORE

ULRICO ERHARDO,

Wildberg.

Stud. in Duc. Stipendio Tubin





TUTTGARDIÆ

OH-GOTTOFREDI Zubrodt



Admodum Reverendo, Amplissimo ac Dignissimo Domino,

M. ERHARDO MACHTOLFO,

Ecclesiæ Wildbergensis & vicin. Spec. Superint. gravissimo, Patrono suo filiali observantiâ & amore colendo.



QUòd omnia mea tibi dedicem, Vir Amplissime, mirari neminem volo, cum me ipsum jam dudum studio, amore, & obsequio totum tibi consecraverim. Est enim nescio quæ occulta animorum nostrorum conspiratio, & mutua mentis harmonia, ut mihi ipsi injuriam à me fieri existimarem, si alium præter Te Musarum mearum eligerem Mecænatem. Tu quippe es ille, cujus peculiaris & planè extraordinaria (ut sic loquar) benevolentia ita me sibi obstrinxit ita reciproco amore devinxit, ut sive Patronum te sive Patrem appellem, eundem amoris affectum exprimam. Intuère igitur sereno benevolentiæ tuæ oculo hæc qualiacunque ingenii & ingenuæ mentis

 pig-





pignora, meque ut hactenus ita & porrò patrocinii & amoris tui Clypeo contra aculeata invidorum tela faventissimè tueri ac defensare perge. Vale & vive diutissimè, felicissimè!

Ampliss: Dignit: Tuæ
Cliens Devotissimus

Author.

I. Su



I.

Sur

Le Rosier du Parnasse

De

Monsieur M. Jean Ulric Erhard.

CHer ERHARD, que tu es heureux!
Tes miracles vont deux à deux.
Tu as fait d'un *Wildberg*, un Jllustre Parnasse;
Quoy que jeune, & sans Mecenas,
Tu vas égaler du *Bartas*,
Tasse, *Camois*, *Oen*, *Opitz*, & *Garülasse*.

C'est ce que Luj desire de tout
Son coeur

Lovis du MAY, Chevalier.

II.

Doctissimo Dn. M. ERHARDO,

Poëtæ haud illepido.

A*ugustos* animos *angusto* in pectore versant,
Non dubitat de Apibus sic cecinisse suis
Andinus vates: de Te mihi spondeo ERHARDE
Haud laudem absimilem; nam mihi es instar *Apis*;
Rectè facturus si *Regem* imitaberis harum,
Expers pungentis dicitur is stimuli.
Mordaces animas quæ facto in vulnere linquunt
Bestiolas, longè hac lege valere sinas.

Imq; pang.

Balthasar Raith D.

III.



III.

DIcere de quodam es solitus, Tu, docte Catulle,
Nulla in tám magno est corpore mica salis;
ERHARDVM diceres nostrum tu, credo, rogares,
Corporis in micâ est copia tanta salis?

Georg-Heinricus Keller/
D. PP.

IV.

TUquoq; carminibus meritò memorabere nostris,
Ad numeros carmen cum Tibi sponte fluat,
Cum vix qui Magni legit *Arma Virumq;* Maronis,
Vult *Lauro larvam* condecorare suam.
Et quoniam faciles donant Tibi carmina Musæ,
Nomen in Omen abit: Semper EHRhardus eris.

Theodorus Cellarius, PP.
Ducal. Stipend. Theolog.
Ephorus.

V.

SO will Herr ERHARD auch die Nachwelt lassen schauen/
Wie daß sein kluger Sinn sich Himmel-hoch erhebt

Die

Die weisen Schwestern selbst in ihm
den Thron erbauen
Darauff Minerven Pracht in vollem
Glantze schwebt.
Er läßt gleich Jupitern auß seinem
Hirn entspringen
Das was der Pallas selbst an Klugheit
gehet vor/
Man höret den Parnaß auch seinen
Ruhm besingen/
An dem Saphirnen Dach im güldnen
Sternen-Chor
Schwebt seine Trefflichkeit. Der Kün-
ste hohes Wissen/
Die er uns legt zu Tag/ der werthe
Musen-Sohn/
Das schärpffet unsern Geist/ das ma-
chet uns beflissen/
Ihn zu verehren stets. Der gantze
Helicon



Bekräfftigt dises selbst / wie daß der groß Ronsard
Mit nichten sich vergleich: dein trefflichen ERHARD.

Wolmeinend auffgesetzt von
deß Herrn Mag. geneigter Freundin
Antonia Sofia DuMay
von Salétes.

VI.

QUi recreat mentem Vates, mihi Magnus habetur,
Qui simul ædificat; Major habendus erit:
Hoc facit, Aonio qui dogmata Sancta cothurno
Induit, hic Vates æmulus Isaidæ!

Imq; apposuit
M. Ioh: Conrad Hößlin, Rep.

VII.

FAhr also fort mit vollem Zügel
Hinauff/ mein Freünd! zum Sternen-Hügel!
Die Lorbeer-Krone siht auff dich/
So steigen Palmen über sich/

Auch



Auch dein berühmtes Haupt zu zieren:
Du lässest dich von Musen führen
Hin/ wo dein Sinnenreicher Geist
Von keinem Tadel wird beschmeisst.
Herr Erhard schwingt die Adlers-Flügel
In solcher Künsten Steige-Bügel/
Zum Dichterpreiß / so GOTT beschehrt/
Den kein vergiffter Neid verwehrt.
Wolan! vil Glück zu tausend Ehren/
Das süsse Lob mit Kunst zu mehren/
Steig Himmel-hoch in solcher Macht/
So bleibet dir der Ehrenpracht.

Herrn *Authoris* dienstgetreuer Stuben- und Kammer-Gesell.

M. Michael Schaffhäuser.

VIII.

Eximit ex imo, *quod* vulgas, *nobile* vulgo
Scriptum, atque ex imo *Te facit* eximium.
Naturâ brevis *es; fies in Carmine* longus:
In pinnâ *laudis Te quia* penna *locat.*

Ita literatissimo Dn. Consalino accinit

M. Ioh. Ludovicus Metz/
SS. Th. Stud. in Duc. Stip.

IX.

PArvos parva decent: ERHARDUM corpore parvum,

Ardua dum tentat, præmia magna decent.
Pergito ſic doctè magnis ſuperaddere magna,
EtMuſarum olimMagnusApollo clues.

(Ita Venerabili atq; Clariſſimo Dno. Authori,
cœptæ amicitiæ arrham nuncupare voluit,)

Johannes Weigel/
Eperienſis Hungarus
SS. Theol. Stud.

X.

Quid, cùm Sithoniâ cuncta rigent nive:
Cùm paſſim gelidis culmina Olympica
Candent tecta pruinis:
Et colles Heliconii;
Tentat Pierios ſcandere vertices
ERHARD, atq; *roſas* carpere Apollinis?
Virtus ardua quærit:
Nil horret labor improbus!
Hiſce ſpinis *roſas* Dni. Authoris
contra invidas Zoilor, manus armare voluit

Johannes Schwartz/
Hung. Eper. SS. Th. Stud.

XI. Do-



XI.

Domino M. Erhardo, Poëtæ Ingenioſo & Feſtivo.

POETA.

Per liter. tranſpoſit. O APTE. OPTA E.

O Quàm præclari fert nomen *HONORIS EHR-hardus*!
APTE equidem Muſis Nomen in Omen abit.
Libat Apis flores melioris vertice ſucci,
Hic dulcis famæ dulcia mella coquit.
OPTA, ſi quid amas, E magnum, (monſtrat Erhar- (dum,
Hic ſibi delicias quaslibet ardor habet.

Paucula hæc
Sympatriotæ ſuo & Contubernali Suaviſſ.
appos.

M. Ioh. Mich: Eckhenfelder.
SS. Theol. Cultor in Jlluſtri
Stipend. Tub.

XII.

An Herrn Erhard den Sinnreichen Necker-Poeten.

I.

WJE hoch wird heut verehret/
Der die hochteutſche Sprach/



Mit klugen Schrifften mehret/
Er mus im Huffen-Bach
Um solche Pindus-Gaben/
Sich wohl gewaschen haben.

2.

Was Lob? was? Ruhm? was Ehren?
Herr Erhard schöpfft ihr dann?
Ihr wolt Teutschinnen Lehren/
Ihr neuer Necker-Schwan.
Selbst euer sinnreich Dichten/
Kan Pallas unterrichten.


3.

So gebt dergleichen bruten/
Noch viel den Musen dar/
Seht sie entgegen bieten/
Zum Danck/ der Daphne Haar!
Mit frischen Lorbeer-Kronen
Sie pflegen zu belohnen.

M. Ernst Friderich Enßlin/
Theol. St.

ECCLE-

ECCLESIAE
REGNIQUE HEBRÆORUM
ORTUS.
ET
OCCASUS.



I.

FUERE REGES, PRINCIPES,
REX, MYSTA, PLEBS FUERE,
Fuit, fuit gens inclyta,
Tribusque sancta Fratrum,
Destructa sunt Altaria,
Nulloque Thure fumant,
Templum Dei cum victimis,
Romanus edit Ignis.

Das Juden Volck ist gantz dahin/
Der Richter und der König
Sind mir gefallen auß dem Sinn/
Und gelten jetzt gar wenig/
Der Priester hat kein Rauchfaß mehr/
Er hat sein Ampt vergessen.
Der Römer Feuer laufft dahin/
Das Opffer auffzufressen.

Jlle Dei populus perüt, quem Mystica lampas
per varias duxit, luce micante, vias!
Jmmemor officiü contemnit sacra Sacerdos,
Prudenti perüt cum Seniore puer.
Nullus adest Judex, Regum cecidére Coronæ.
Jus nullum in vitulos Sacra securis habet.

A Tem-

Templa tamen restant? credat Judæus Apella,
Tectum augustum, ingens tegula nulla tegit.

Num Judæa jacet? jacet, voravit
Jgnis Templa Dei? voravit Ignis.
Ergo stirps Abrahæ superba vixit?
vixit stirps Abrahæ, superba vixit:
Cur Altaria thura nulla præbent?
Leprosus quia factus est USIAS.
Nullos cur vitulos necat Sacerdos?
Romanâ periit miser securi.

Fer capiti cineres & tristi cingere sacco,
Judaicæ stirpis Nomina quisquis habes,
Funera cum gemitu gentis celebramus Hebrææ,
Rex. Judex. Populus. Mœnia. Templa jacent.
Syrmate tecta caput flet Filia mœsta Sionis,
Et luget casus, urbs speciosa, tuos.
OMNIA FRACTA JACENT, SAXIS SUNT OBRUTA SAXA,
SUB LAPIDUM TUMULO TEMPLA SEPULTA JACENT.

SCAZON.

Olim fuére magna turba Judæi,
Urbem per altam templa pulchra splendebant,
Communis olim gentium fuit terror,
Gens illa, quam nimis Jehovah dilexit,
Præcidit hostium superba cervices,
Regumque colla vinculis molestavit;
Sed jam suis devicta subjacet servis,
Præputium Romanus abstulit mucro.

II.

Vexatur à Latronibus
Primæva Sponsa Christi,
Nullo mero sanabilis
morbus negat medelam.
Horrenda vidit vulnera,
& transiit Sacerdos,
Cruore vidit humidam,
& transiit Levita.

Deß Tempels wunder-schöner Saal
ist eine Mörder-graben/
deß HErren Braut wird überall
geplagt von bösen Buben/
Sie ist verwundet auff den Tod/
von Mördern gantz umfangen/
kein Priester hilfft ihr auß der Noth/
sie seind vorbey gegangen.

Sponsa jacet Christi sævorum præda Latronum,
Sacricolæ frustrà languida sperat opem.
Omnis cum vitâ sanguisque calorque recessit,
Nec præbes miseræ, dure Levita, manum!
Quin venis atque oleo mulces Samarita dolorem,
perge lavare mero vulnera sæva tuo.
Sed nulla est olei, nulla est medicina Lyæi,
Nec mortem contra nostra medela valet.

Sponsam despoliant Dei latrones,
Arcam Fœderis, auream coronam,
Alatos Cherubim, sacramque mensam,

Et cum Thuribulis Scyphos ſacratos
deprædantur & auferunt Latrones.
Nudam veſtibus exuunt puellam,
Nullum in pectore pectorale ſplendet,
Nudos purpura nulla condit artus.

Quis mihi tam miſeris pulſat ſingultibus aures?
Quam miſere pectus nuda puella quatit,
Dilaniatque genas, vellitque è vertice crines,
avertitque Oculos victa pudore ſuos.
Quis tamen eſt auſus teneram violare puellam,
Ornatu pulchram quis ſpoliare Deam?
Quis niſi deterior quovis latrone ſacerdos
Interitus cauſa eſt, Virgo miſella, tui?

SCAZON.

Heu! pulchra Chriſti Sponsa, præda Latronum!!
Olim venuſta, dives atque pompoſa,
Byſſoque gemmeisque veſtibus fulſit,
Inſtar Deæ ſedens in aureo Templo.
Nunc nuda, ſciſſâ veſte, turpis, elumbis,
Quâ contegat corpus, lacernulam quærit!
Quam Totus (ecce!) Mundus olim adoravit,
Nunc (proh dolor) Communis Orbis eſt riſus!

✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠

III.

Quin ipsa se pro pellice
genti dat Ethnicorum,
Vulgare corpus haud pudet
fœdiſſimis Deaſtris.
Forsan migras per * Sichimos?
manu reconde vultum!

Di-

* Geneſ. 34.



DIANA PASSA SYNCOPEN †
PROSCRIPSIT HIC PUDOREM.

Diß ist die höchste Klag deß HErrn/
Zu jeder Zeit gewesen/
Sie buhlt mit andern Göttern gern
Drum kan sie nicht genesen.
Was Fürwitz hat die DJNA doch
Zum Heyden Volck getrieben?
Sie hätt ihr Ehren-Kräntzlein noch/
Wär sie daheim geblieben.

Perfida sed meruit toto detrudier Orbe,
Quæ nunquam Christo Sponsa fidelis erat.
ô quoties verum meretrix simulavit amorem,
Et fuit in falso pectore falsus Amor!
Putria (Stultitiam miror) simulachra Deorum
Non puduit vero præposuisse Deo.
Sic se prostituit petulans & inutile scortum,
Nec dignum est thalamo, candide Christe, tuo!

Protheüs non toties vagam dolosus
permutat faciem, fidem fidelis
Hæc Sponsi quoties sui fefellit.
Nunc hunc, nunc alium colit Deastrum.
Et lasciva cuique præbet ora,
Gentis prostibulum Deo perosæ.
Quid Christi thalamum petis pudicum?
Castum contaminas, recede, Sponsum!

En Domini quondam Sponsam, nunc futile scortum,
Quæ tibi concubuit, gens inimica, Deo!
Ecce Dageschatam gravido sub pectore Dinam!
Hæc de gentili semine Virgo tumet.
Quis Pater est? spurcus, noli dubitare, Deaster;
Quam pariet prolem? turpis Abortus erit.

† Dina

Vos juvenes, castæque simul properate puellæ,
Hæc Virgo est Meretrix, demite serta comis!

SCAZON.

Adeste testes, fana, lustra, delubra,
Luci silentes, vosque Montium dorsa,
Vidistis, (haud forsan negabitis verum)
Vidistis, inquam, per tenebricos saltus
Sequi BAHALEM Virginem Deo Sacram?
Quid egit ille? Virginemne stupravit?
Fumare vidimus libidinis flammas,
Et nostra iam fuliginosa sunt lustra, †

IV.

Sub Patriarchis claruit
constans Amoris Ardor,
Fides inexpugnabilis, Gen. 12.
nullo mucrone victa.
A Morte Patris Abrahæ
& providi Jacobi
pupilla Virgo serviit
Nilotico Tyranno.

Im Anfang war sie zwar getreu/
war standhafft in den Nöthen/
sie trug auch gäntzlich keine Scheu/
da man sie wolte tödten. Ecclesiam
von was für Jammer Angst und Noth in Isaaco
hat sie wol sagen können/
da sie um Wasser und um Brod
hat müssen Ziegel brennen.

Hos illam mores nunquam docuére Parentes,
Castior, in cunis cum jacuisset, erat. Quam

† sacrificia idolis exhibita.

Quam non horrisonum virgo trepidavit ad ensem,
Ad mortis quam non horruit illa minas?
Quin etiam duros potuit perferre labores
sub vinclis, Pharao dire Tyranne, tuis.
Utque suam telam Conjux tractavit Ulyssis,
Sic fuit ad lateres officiosa suos.

Miror degenerasse Virginellam,
Tales non habuit puella mores,
olim casta fuit, pudica constans.
Nec sævum metuit Parentis ensem,
Quem jussit Deus immolare natam,
quamvis seria jussa non fuerunt,
Accessit patienter ad labores,
quos illi Pharius dedit Tyrannus.

Sub Patris Auspicio fidei melioris Amorem
exhibuit sponso casta puella suo.
Et quamvis vitæ fuerit tentata periclo;
noluit illa tamen contaminare fidem.
Nimirum didicit mores Pharaonis in Aulâ,
Et servare fidem, quam tamen Aula negat.
Potipharæ niveos renuit palpare lacertos,
Cum formâ junctus fulsit in ore pudor.

SCAZON.

Cum sub parentibus relinqueret cunas,
Castam, pudicam, simplicem Juventutem
ostendit, atque Amoris intimi signum.
Cum tenderet mactationis ad mortem,
Nihil morata, prona colla nudavit,
Nilotico misella servüt Regi,
Laboribusque grandibus manus trivit,
Sed perstitit fides fidelis, immota!

V.

Videns Iehova desuper
solatus est gementem,
Latet Salus in Cistulâ *
sonantibus sub undis.
Quid ignis ille nunciat
rubum cremare visus?
Resolve, Mose, calceos,
accede visionem.

Der Höchste sah ihr Elend an/
Und dachte sie zu retten.
Getrost! es wird ein Wasser-Mann
dir helffen aus den Nöthen:
Sieh wie der Busch so feurig ist/
was reden diese Flammen?
Lauff/ Mose/ lauff/ eh er verlischt/
fas den Befelch zusammen.

Indignatus ad hæc, Cœli qui regna gubernat,
non tulit ulterius terga tenella premi.
Mersus aquis infans liquidisque absconditus undis,
prorupit populo spesque Salusque suo.
Pascebat Pastor deneros te more bidentes.
(Res nova) de Cœlo flamma repente cadit.
Jncumbensque rubo sic est affata stupentem:
J, propera, populi vincula solue mei.

Hæc dum Cœlipotens videt Jehovah,
Jrâ percitus improbo Tyranno,
monstrat, quid valeat Dei potestas?
Nimirum latitat Puer sub undis.
Qui Virga feriet sua Tyrannum.

* Exod. c. 2.

Et

Et tu quid rube comminaris ardens?
Educam populum manu potenti,
Hæc dicit Phario Jehovah Regi.

Sufficiat tandem teneram pressisse puellam,
Non meruit servis Virgo parére tuis.
ô Pharao nescis, quem nutriat Aula puellum,
Ne timeas alios, hic tuus hostis erit?
Jamque Aulâ excessit, sed magno corde redibit,
Nec pecoris semper Pastor inermis erit.
Terreor, ingentem video consurgere flammam,
sed profert rutilus grandia jussa rubus.

SCAZON.

Et tu, superbe Rex, minasne derides?
Non audis igneum tonare dumetum?
Quis ille Pastor est, vocatus ad flammam,
Jussusque liberare Virginem captam?
En regiâ nutritus in tuâ Moses
Ad liberandam mittitur Dei gentem.
Hanc hactenus vexaveras nimis durè,
Séd ille tandem dura corda perfringet.

VI.

Sed corde prorsus saxeo
obduruit Tyrannus,
Nec tot valent miracula
durum movere pectus.
Postes notate Sanguine,
Percussor appropinquat:
Exire cras cogemini,
abibitis rogati.

Der König zwar ist wie ein Stein /
und laßt sich nichts bewegen/
er laßt den Moses Moses seyn/
will seinen Stoltz nicht legen/
doch wird durch eines Engels Hand
ein Wunderwerck geschehen/
er wird euch heissen auß dem Land
um GOttes willen gehen.

Salve Rex Pharao, Dominus me mittit Olympi,
Et poſcit populum, juſſa capeſſe, ſuum.
Ringeris? en baculus ſubitò vertetur in anguem,
Sanguineos fluvios (qualia monſtra) vides!
Mira loquor, denſas poteris palpare tenebras,
depaſcet campos densa locuſta tuos,
Ut ſis immotus, fies cras mitior agno,
Ad primogeniti triſtia fata tui.


Quid tu, Teſſale, turgido ore rides,
Hæc miracula maximi Prophetæ?
Unum diſce pediculum creare!
Regis cor adamantinum liqueſcet,
Quem miracula non movere poſſunt,
Illum funera lachrymanda frangent.
Cras ibit Populus Dei coactus,
Uxores, pecudesque parvulique.

Quid notat hic ſtrepitus? quales movet aula querelas?
Res triſtis, nam Rex pectora tundit, erit.
Filius, heu! Regis, regni primarius hæres
Occidit, in lecto frigida membra jacent.
Quis latrocinium, quis funera ſæva peregit?
Quis, niſi qui tuus eſt, turpis Hebræe, Deus?
Emigrate ſtatim, [illegible] Rex clamat in aulâ,
Emigra nimium turba moleſta mihi.

Sca-

SCAZON.

Parate vos, discessus instat, Hebræi,
Renesque cingat quisque, calceos nectat
Baculumque longum quisque dextera prendat.
Nam cras abire vos jubebit Aegyptus.
Manus Dei percussit impiam gentem;
Ex omnibus cadaver efferunt lectis,
Luctu metuque tota terra repleta est,
Ut exeatis, omnium preces clamant.



VII.

Nondum quievit fervidus
furore Rex recepto,
Exercituque ferreo
secutus est euntes:
Sed æquor undas dividit,
viam parans Hebræis,
Sequi volebat Pharao,
sed hæsit in profundo.

Dort kommt der wilde Pharao/
kan seinen Grimm nicht lassen/
das gantze Volck schreyt mordio/
der König wird uns fassen!
doch hat das Schilffmeer sich zertheilt/
biß sie dardurch geloffen.
und Pharao/ der nachgeeilt/
hat sich zu tod gesoffen.

Ergone cum sævo recruduit ira dolore?
Ambiguam quorsum tendis, Hebræe, fugam!
En mirum, solidi stant æquora marmoris instar,
Et transit sicco libera turba pede!

Jnſequitur Pharao, ſed circumventus ab undis
In medio amiſit ſeque ſuoſque mari,
Cocyti Rex ſtagna vides ſtygiamque paludem,
porrige mox naulum, Cymba Charontis adeſt.

Mortem Rex Pharao ſibi bibendo
Conſcivit, bibulus nimis Tyrannus,
Sed nec de veteri miſer Falerno,
Et nec maſſica vina nec latina
Hauſit, ſed mediis natans in undis
Per totum mare copias tremendas
Extendit, titubanſque primus hauſit
Succorum miſer, ore hiante, potum.

Proficiat, proſit, conducat, ſitque Saluti!
Hauſtus ſit fauſtus, Magne Tyranne, Tibi!
J, propera Pincerna, & regia pôcla miniſtra,
haurit fermè omnem Rex ſitibundus aquam.
Hebræam Pharao patulo bibit Ore Salutem,
hujus ab interitu pendet Hebræa Salus!
Non ſapit, ut video, madido ſua potio Regi,
Nimirum Stygias hoc olet æquor aquas.

SCAZON.

Epitaphium Pharaonis.

Latet·Sepultus.Pharao.his.Undis.
Non ille.vermium.ſed.piſcium.præda.
Miramini.marina monſtra.narrabo.
Sepulchra.vivunt.inquieta.caudata.
Cadaver.hoc ſepulchra.paſcit & nutrit.
Habetque.tot ſepulchra,quot.natant.piſces.

Aeg-

Aegyptij. vitate. squameos. pisces.
Nam. Sacra. sunt. sepulchra. mortui. Regis.

✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝:✝✝✝✝ ✝✝✝✝✝✝✝:✝✝✝✝✝✝✝✝✝

VIII.

Sic liberatus grex Dei
deserta permeavit,
Sub luce nubes splenduit.
Sub nocte flamma luxit.
Per quadraginta qui fuit
circum vagatus annos,
Non trivit ullum calceum,
vestisque nulla scissa est.

Als Pharao im Wasser lag
Must Israel nun eilen/
die Wolcke führte sie bey Tag/
deß Nachts die Feuer-Säulen.
sie liessen viertzig Jahr herumm/
ohn Schuster ohne Schneider/
doch machten sie die Schuh nicht krumm/
zerrissen keine Kleider.

Nunc Pharius excessit agris, atque agmine denso
Ductorem sequitur libera turba suum.
Utque viam monstret, Nubes descendit Olympo,
perque diem Nubes, nocte Columna nitet.
Per decies quatuor vestes circumtulit annos,
Nec tamen in tunicis ulla senecta fuit.
Quin etiam soleæ nullam fecêre ruinam,
tunc nemo Sartor, nemoque Sutor erat.

Nunc latè Populus Dei triumphat,
Desertum per inhospitale currens,
Nubes mostrat iter die sereno,


noctu

Noctù flammea decidit columna,
Sartor forficulam procul rejecit,
Jratus tunicas perire nolle,
Damnavit crepidasque calceosque
Sutor, nam Corium fuit perenne.

O Oculis invisa meis Nilotica tellus!
Aeternum nunquam me tibi reddo, vale!
Sic Hebræus ait, sequiturque per omnia nubem,
quamque illi monstrat lucida flamma viam.
Per tot lustra tamen vestes mansere recentes,
Illæsum corium calceus omnis habet.
Talia si nostro fierent miracula seclo,
Jnfelix certé turba picata foret.

SCAZON.

Aegyptii tandem Valete submersi!
Migramus hinc, vos hîc lavate sat longè!
Nubes serena, lumen igneum salve!
Tuam per omne duc periculum gentem!
Quis non videt perenne vestium robur?
Per lustra dena proficiscimur, vestes
Non trivimus, nemoque calceum fregit.
O Si meus Sutor teneret hanc Artem.



IX.

Vah! Jsrael jam murmurat,
glischuntque jam querelæ,
Nunc esurit: nunc aridas
cupit rigare fauces.
Mannam maligni nauseant,
desiderantque carnes,
venti coturnices vocant,
Quas advolâsse nollent.

Da

Das schlimme Volck murrt immerdar/
will immerzu verderben/
da es kaum in der Wüsten war/
wolt es schon hungers sterben.
das Himmel-Brod gefält ihm nicht/
man soll ihm Fleisch aufftragen/
sie haben aber (wie man spricht)
die Zähn darinn verschlagen.

Jamque alias iterum video prodire querelas,
longanimem miror tanta tulisse Deum!
Esuriunt, sitiunt dant arida saxa liquorem,
Aër pane pluit, nec tamen iste placet.
Nausea nunc manna est, carnes cito porrige Mose,
Visne fame gentem perdere, Jova, tuam?
Advolat ad flatum ventorum densa coturnix,
Sed misero stomacho mors fuit ista caro.

Quid jam ringeris & moves lacertos?
Accusasne manus Dei benignas?
Ceu nollent tibi sive non valerent
Victum mittere, vel famem levare,
O Hebræe? vides liquere Petram?
Mannam respuis ore delicato,
Expecta. volucres in os volabunt,
His omnem satiabis appetitum!

Ergone vestra fides timidi cessavit Hebræi?
Invalida est ergò dextera fida Dei?
Nonne sua supra Naturam Petra liquescit?
Annon de Cœlo mystica manna cadit?
Sed petitis carnes: dabit omnia Rector Olympi,
Quidquid turba tibi deliciosa placet.
Pande tuas fauces, volat hîc assata coturnix,
Ne te suffócet, gluto gulose, cave.

Sed-

SCAZON.

Quid murmuratis vos famelici ventres?
Annon supernè largiter cadunt panes?
Ni decidant oves bovesque de Cœlo;
non creditis Deum cibare vos posse!
Parate dentes, advolant coturnices,
Cum carnium satis comederint dentes,
Mors ossa dentiscalpio suo promet
Et ponet in sepulchra Concupiscentum. *



X.

Gens nullibi tractabilis
Cum Mose litigavit,
Jehovah tandem flammeo
descendit in furore,
Aperta terra faucibus
horrenda fulguravit,
O Coreh, Dathan, Abiron
Fauces patent Averni!

Das wilde Volck will alle Stund
mit seinem Mose zancken/
O GOtt wie zornig ist dein Mund/
wie grimmig die Gedancken!
die Flamme steigt von unten auff/
die Erd ist auffgerissen/
es wird der wiederspänstig Hauff
zur Höllen hingeschmissen.

Quid cum Mose suo toties rixantur Hebræi?
Vexatur tantis nullus in orbe malis.

* Num. 11. ℣. 34.

Audio jam tonitru Domini vocemque minantem,
  flammea quam grandi corda furore flagrant!
Horreo! flammantes ostendunt Tartara fauces,
  Fervida non tantis ignibus Aetna furit.
Ecce! in sulphureum subitò Dathanica hiatum
  labitur, æternum non reditura cohors!

Quales quotidie movent querelas
Hebræi? quoties Deum verendum
Tentant? ô nimium misselle Moyses,
Quot jam jurgia sæva sustulisti?
Eheu! quas video micare flammas?
Tellus dissilit, (expavesco totus.)
Horrendas aperit Gehenna fauces,
Et deglutiet improbos rebelles.

Quottidiè populus vexat per jurgia Mosen,
  dira venena malo semper in ore gerit.
Surgit, & in miserum convicia torquet acerba,
  Nemo ergò sanctus, tu nisi solus, erit?
Audiit hæc Deus, & ferventi exarduit ira,
  Iamque parat pœnas terra soluta graves.
Maturate fugam, stadioque recedite toto,
  Ne quoque vos secum fervida flamma trahat.

SCAZON.

Cur quæso nobis solus imperat Moses?
Cum tanta restet multitude sanctorum?
An ille solus dona lucis accepit?
Rebellis olim turba dixit ad Mosen.
At ille, verus si Dei minister sum,
Erumpe, dixit, flamma, dissile tellus,
Maligna devora rebellium castra,
Dictum puta, respondit illa, jam factum est.

Fürst Josua der tapffre Mann
wird durch den Jordan ziehen/
ihr Wellen machet ihm die Bahn/
ihr müsset eilends fliehen.
Steh still du Sonn und auch du Mond!
das sind ja wunder Sachen!
was hat er aber jetzt davon
als daß die Heyden lachen?

Josua nunc Dux est populi post funera Mosis,
victrices hostis sentis ubique manus.
Militat ipse Deus quoties ad prælia surgit,
Apparetque pio fulgidus ense Duci,
Præbet iter siccum populo Jordanius amnis
ad nutum sistunt Lunaque Sòlque rotas.
Nunc placide dormit donec, ceu Jericho, Mundus
hiscet ad angelicæ signa tremenda tubæ.

En Jordania stagna dividuntur,
Calcantem populum fluenta portant.
Pugnat Josua, siste Sol quadrigam!
Pugnat Josua, siste Luna currum!
Hostes ut pereant cadantque victi:
Cœlum grandine, miles ense cædit.
Horum nunc monumenta nulla restant
Longa ætas duodena saxa fregit.

Rumpe tuos Jordane sinus & collige fluctus,
Cum populo transit Josua, pande viam!
Vosque duo clari rutilantia lumina Cœli,
Sistite mox vestras Lunaque Solque, rotas!
Hæc sunt facta Ducis, (quis non miretur) Hebræi,
Imperio, sed nunc ipsemet occubuit.

Ver-

Vermibus in prædam cessit nigrisque Chelydris,
Nec tamen aversos Sol revocavit equos.

SCAZON.


O quanta monstra! Josuæ stat ad nutum
Sol ille magnus, audüt viri verbum
Stetitque Luna, lora retrahens currûs.
Quid audio? num fabulam mihi narras?
Hæc parva sunt, majora monstra narrabo,
Viros & arma grandis unda portavit,
Calcatur, ut tellus, profunditas ponti.
Hæc saxa testium vices agunt. quænam?

XIII.

Et tu jaces in pulvere
Miraculose SAMSON?
Tot solus inter judices
Lyrâ canende nostrâ.
Teucrum Pater fortissimus
divina jactet arma;
Majora fecit funera
maxilla subjugalis.

Ligt Simson dann auch in dem Sand?
ihr Juden den beklaget!
hier ligt der/ dessen starcke Hand
viel auß dem Feld verjaget.
Aenéas leg dein Schwerd nur hin/
und laß es nimmer sehen/
kommt Simson mit dem Esels Kinn/
so wirstu schlim bestehen.

Sam-



Der König zwar ist wie ein Stein /
und läßt sich nichts bewegen/
er läßt den Moses Moses seyn/
will seinen Stoltz nicht legen/
doch wird durch eines Engels Hand
ein Wunderwerck geschehen/
er wird euch heissen auß dem Land
um GOttes willen gehen.

Salve Rex Pharao, Dominus me mittit Olympi,
Et poscit populum, jussa capesse, suum.
Ringeris? en baculus subitò vertetur in anguem,
Sanguineos fluvios (qualia monstra) vides!
Mira loquor, densas poteris palpare tenebras,
depascet campos densa locusta tuos,
Ut sis immotus, fies cras mitior agno,
Ad primogeniti tristia fata tui.


Quid tu, Tessale, turgido ore rides,
Hæc miracula maximi Prophetæ?
Unum disce pediculum creare!
Regis cor adamantinum liquescet,
Quem miracula non movere possunt,
Illum funera lachrymanda frangent,
Cras ibit Populus Dei coactus,
Uxores, pecudesque parvulique.

Quid notat hic strepitus? quales movet aula querelas?
Res tristis, nam Rex pectora tundit, erit.
Filius, heu! Regis, regni primarius hæres
Occidit, in lecto frigida membra jacent.
Quis latrocinium, quis funera sæva peregit?
Quis, nisi qui tuus est, turpis Hebræe, Deus?
Emigrate statim, mœstâ Rex clamat in aulâ,
Emigra nimium turba molesta mihi.

Sca-

SCAZON.

Parate vos, discessus instat, Hebræi,
Renesque cingat quisque, calceos nectat
Baculumque longum quisque dextera prendat.
Nam cras abire vos jubebit Aegyptus.
Manus Dei percussit impiam gentem,
Ex omnibus cadaver efferunt lectis,
Luctu metuque tota terra repleta est,
Ut exeatis, omnium preces clamant.



VII.

Nondum quievit fervidus
furore Rex recepto,
Exercituque ferreo
secutus est euntes.
Sed æquor undas dividit,
viam parans Hebræis,
Sequi volebat Pharao,
sed hæsit in profundo.

Dort kommt der wilde Pharao/
kan seinen Grimm nicht lassen/
das gantze Volck schreyt mordio/
der König wird uns fassen!
doch hat das Schilffmeer sich zertheilt/
biß sie dardurch geloffen.
und Pharao/ der nachgeeilt/
hat sich zu tod gesoffen.

Ergone cum sævo recrudruit ira dolore?
Ambiguam quorsum tendis, Hebræe, fugam!
En mirum, solidi stant æquora marmoris instar,
Et transit sicco libera turba pede?

Jnſequitur Pharao, ſed circumventus ab undis
In medio amiſit ſeque ſuoſque mari,
CocytiRex ſtagna vides ſtygiamque paludem,
porrige mox naulum, Cymba Charontis adeſt.

Mortem Rex Pharao ſibi bibendo
Conſcivit, bibulus nimis Tyrannus,
Sed nec de veteri miſer Falerno,
Et nec maſſica vina nec latina
Hauſit, ſed mediis natans in undis
Per totum mare copias tremendas
Extendit, titubanſque primus hauſit
Succorum miſer, ore hiante, potum.

Proficiat, proſit, conducat, ſitque Saluti!
Hauſtus ſit fauſtus, Magne Tyranne, Tibi!
J, propera Pincerna, & regia pôcla miniſtra,
haurit fermè omnem Rex ſitibundus aquam.
Hebræam Pharao patulo bibit Ore Salutem,
hujus ab interitu pendet Hebræa Salus!
Non ſapit, ut video, madido ſua potio Regi,
Nimirum Stygias hoc olet æquor aquas.

SCAZON.

Epitaphium Pharaonis.

Latet·Sepultus.Pharao.his.Undis.
Non ille.vermium.ſed.piſcium.præda.
Miramini.marina monſtra.narrabo.
Sepulchra.vivunt.inquieta.caudata.
Cadaver.hoc ſepulchra.paſcit & nutrit.
Habetque.tot ſepulchra,quot.natant.piſces.

Aeg-

Aegyptij.vitate.squameos.pisces.
Nam.Sacra.sunt.sepulchra.mortui.Regis.

++++++++++:++++ +++++++:+++++++++

VIII.

Sic liberatus grex Dei
deserta permeavit,
Sub luce nubes splenduit.
Sub nocte flamma luxit.
Per quadraginta qui fuit
circum vagatus annos,
Non trivit ullum calceum,
vestisque nulla scissa est.

Als Pharao im Wasser lag
Must Israel nun eilen/
die Wolcke führte sie bey Tag/
deß Nachts die Feuer-Säulen.
sie lieffen viertzig Jahr herumm/
ohn Schuster ohne Schneider/
doch machten sie die Schuh nicht krumm/
zerrissen keine Kleider.

Nunc Pharüs excessit agris, atque agmine denso
Ductorem sequitur libera turba suum.
Utque viam monstret, Nubes descendit Olympo,
perque diem Nubes, nocte Columna nitet.
Per decies quatuor vestes circumtulit annos,
Nec tamen in tunicis ulla senecta fuit.
Quin etiam soleæ nullam fecére ruinam,
tunc nemo Sartor, nemoque Sutor erat.

Nunc latè Populus Dei triumphat,
Desertum per inhospitale currens,
Nubes mostrat iter die sereno,

noctu

Noctu flammea decidit columna,
Sartor forficulam procul rejecit,
Jratus tunicas perire nolle,
Damnavit crepidasque calceosque
Sutor, nam Corium fuit perenne.

O Oculis invisa meis Nilotica tellus!
Aeternum nunquam me tibi reddo, vale!
Sic Hebræus ait, sequiturque per omnia nubem,
quamque illi monstrat lucida flamma viam.
Per tot lustra tamen vestes mansere recentes,
Illæsum corium calceus omnis habet.
Talia si nostro fierent miracula seclo,
Jnfelix certé turba picata foret.

SCAZON.

Aegyptü tandem Valete submersi!
Migramus hinc, vos hîc lavate sat longè!
Nubes serena, lumen igneum salve!
Tuam per omne duc periculum gentem!
Quis non videt perenne vestium robur?
Per lustra dena proficiscimur, vestes
Non trivimus, nemoque calceum fregit.
O Si meus Sutor teneret hanc Artem.



IX.

Vah! Jsrael jam murmurat,
glisceuntque jam querelæ,
Nunc esurit, nunc aridas
cupit rigare fauces.
Mannam maligni nauseant,
desiderantque carnes,
venti coturnices vocant,
Quas advolâsse nollent.

Das

Das schlimme Volck murrt imerdar/
will immerzu verderben/
da es kaum in der Wüsten war/
wolt es schon hungers sterben.
das Himmel-Brod gefält ihm nicht/
man soll ihm Fleisch aufftragen/
sie haben aber (wie man spricht)
die Zähn darinn verschlagen.

Jamque alias iterum video prodire querelas,
longanimem miror tanta tulisse Deum!
Esuriunt, sitiunt dant arida saxa liquorem,
Aër pane pluit, nec tamen iste placet.
Nausea nunc manna est, carnes cito porrige Mose,
Visne fame gentem perdere, Jova, tuam?
Advolat ad flatum ventorum densa coturnix,
Sed misero stomacho mors fuit ista caro.

Quid jam ringeris & moves lacertos?
Accusasne manus Dei benignas?
Ceu nollent tibi sive non valerent
Victum mittere, vel famem levare,
O Hebræe? vides liquere Petram?
Mannam respuis ore delicato,
Expecta. volucres in os volabunt,
His omnem satiabis appetitum!

Ergone vestra fides timidi cessavit Hebræi?
Invalida est ergò dextera fida Dei?
Nonne sua supra Naturam Petra liquescit?
Annon de Cœlo mystica manna cadit?
Sed petitis carnes: dabit omnia Rector Olympi,
Quidquid turba tibi deliciosa placet.
Pande tuas fauces, volat hîc assata coturnix,
Ne te suffócet, gluto gulose, cave.

Sea-

SCAZON.

Quid murmuratis vos famelici ventres?
Annon supernè largiter cadunt panes?
Ni decidant oves bovesque de Cœlo;
non creditis Deum cibare vos posse!
Parate dentes, advolant coturnices,
Cum carnium satis comederint dentes,
Mors ossa dentiscalpio suo promet
Et ponet in sepulchra Concupiscentum. *



X.

Gens nullibi tractabilis
Cum Mose litigavit,
Jehovah tandem flammeo
descendit in furore,
Aperta terra faucibus
horrenda fulguravit,
O Coreh, Dathan, Abiron
Fauces patent Averni!

Das wilde Volck will alle Stund
mit seinem Mose zancken/
O GOtt wie zornig ist dein Mund/
wie grimmig die Gedancken!
die Flamme steigt von unten auff/
die Erd ist auffgerissen/
es wird der wiederspänstig Hauff
zur Höllen hingeschmissen.

Quid cum Mose suo toties rixantur Hebræi?
Vexatur tantis nullus in orbe malis.

* Num. 11. ℣. 34.

Audio jam tonitru Domini vocemque minantem,
  flammea quam grandi corda furore flagrant!
Horreo! flammantes ostendunt Tartara fauces,
  Fervida non tantis ignibus Aetna furit.
Ecce! in sulphureum subitò Dathanica hiatum
  labitur, æternum non reditura cohors!

Quales quotidie movent querelas
Hebræi? quoties Deum verendum
Tentant? ô nimium misellе Moyses,
Quot jam jurgia sæva sustulisti?
Eheu! quas video micare flammas?
Tellus dissilit, (expavesco totus.)
Horrendas aperit Gehenna fauces,
Et deglutiet improbos rebelles.

Quottidiè populus vexat per jurgia Mosen,
  dira venena malo semper in ore gerit.
Surgit, & in miserum convicia torquet acerba,
  Nemo ergò sanctus, tu nisi solus, erit?
Audiit hæc Deus, & ferventi exarduit ira,
  Iamque parat pœnas terra soluta graves.
Maturate fugam, stadioque recedite toto,
  Ne quoque vos secum fervida flamma trahat.

SCAZON.

Cur quæso nobis solus imperat Moses?
Cum tanta restet multitudo sanctorum?
An ille solus dona lucis accepit?
Rebellis olim turba dixit ad Mosen.
At ille, verus si Dei minister sum,
Erumpe, dixit, flamma, dissile tellus,
Maligna devora rebellium castra,
Dictum puta, respondit illa, jam factum est.

XI.

Solutus à molestiis
secessit ad quietem
Moses, Deo fidissimus,
invisus Jsraeli.
En funus admirabile!
nullâ sequente pompâ,
Vivum cadaver ambulat,
& migrat ad sepulchrum.

So hat nun der getreue Knecht
sein Creutz auch überwunden/
er ward fromm redlich und gerecht
vor GOTT dem HERRN erfunden.
nun ist er weg mit seinem Stab,
ô wunder über wunder!
der Cörper trägt sich selbst zu Grab/
ist in dem Tod noch wunder.

Tandem etiam Moses curis confectus & ævo
è castris cessit, perfida turba, tuis.
Jlle Dei servus, quo nemo fidelius unq;
instruxit Domini nocte dieque domum.
Jamque vale nostri memor & præcepta verenda
serva Hebræe, Dei tuque neposque tuus.
Dixerat. & populum. nullo comitante, reliquit,
En mirum! cineres extulit ipse suos.

Jam te syrmate mœsta Musa cinge,
Magni funera sunt canenda Vatis,
Divinus periit Propheta Moses,
Languentes baculum manus remittunt.
Qui miracula tanta fecit olim.
Serpentes glomerantur & chelydri,

tun-

Turmatimque ruunt super cadaver,
Ceu Mosis baculo forent creati !

Hic dormit toto quondam clarissimus orbe
Portentis Moses notus ubique suis.
Promissæ ex alto Chanaæ jam despicit agros,
quam dulci fruitur melle Propheta Dei !
Splenduit hic olim vultus ceu sidera Cœli,
Cum semel adspiceret lumina clara Dei.
A facie ad faciem dum jam speculatur eundem,
O qualis circum lumina splendor erit!

SCAZON.

Epitaphium Mosis.

Demortuo. cippum. paravimus. Mosi.
Sed. quæso. quorsum. jam. locabimus. saxum ?
Ubi. sepulchra. dic. ubi. lates. Mose ?
Quó. condidisti. quæso. mortuus. artus ?
Nulla. hic. sepulchra. nulla. fossa. comparet.
Quid. quæritis ? cadaver. haud. adest. Mosis!
In. monte. Nebo. mortuus. fuit quondam.
Sed. visus. est. vivens. revixit. in. Thabor.

XII.

Nunc tota turba Josuam
Ducem sequetur unum.
Viam parate Principi
Jordanis alta stagna,
Sta luna, frena retrahe!
Reflecte Sol quadrigam.
Quid hoc! jacet Dux Josua,
Solatque Luna currunt.

Fürst

Fürst Josua der tapffre Mann
wird durch den Jordan ziehen/
ihr Wellen machet ihm die Bahn/
ihr müsset eilends fliehen.
Steh still du Sonn und auch du Mond!
das sind ja wunder Sachen!
was hat er aber jetzt davon
als daß die Heyden lachen?

Josua nunc Dux est populi post funera Mosis,
victrices hostis sentis ubique manus.
Militat ipse Deus quoties ad prælia surgit,
Apparetque pio fulgidus ense Duci,
Præbet iter siccum populo Jordanius amnis
ad nutum sistunt Lunaque Solque rotas.
Nunc placide dormit donec, ceu Jericho, Mundus
hiscet ad angelicæ signa tremenda tubæ.

En Jordania stagna dividuntur,
Calcantem populum fluenta portant.
Pugnat Josua, siste Sol quadrigam!
Pugnat Josua, siste Luna currum!
Hostes ut pereant cadantque victi:
Cœlum grandine, miles ense cædit.
Horum nunc monumenta nulla restant
Longa ætas duodena saxa fregit.

Rumpe tuos Jordane sinus & collige fluctus,
Cum populo transit Josua, pande viam!
Vosque duo clari rutilantia lumina Cœli,
Sistite mox vestras Lunaque Solque, rotas!
Hæc sunt facta Ducis, (quis non miretur) Hebræi,
Imperio, sed nunc ipsemet occubuit.

Ver-

Vermibus in prædam cessit nigrisque Chelydris,
Nec tamen aversos Sol revocavit equos.

SCAZON.

O quanta monstra! Josuæ stat ad nutum
Sol ille magnus, audiit viri verbum
Stetitque Luna, lora retrahens currûs.
Quid audio? num fabulam mihi narras?
Hæc parva sunt, majora monstra narrabo,
Viros & arma grandis unda portavit,
Calcatur, ut tellus, profunditas ponti.
Hæc saxa testium vices agunt. quænam?

XIII.

Et tu jaces in pulvere
Miraculose SAMSON?
Tot solus inter judices
Lyrâ canende nostrâ.
Teucrum Pater fortissimus
divina jactet arma;
Majora fecit funera
maxilla subjugalis.

Ligt Simson dann auch in dem Sand?
ihr Juden den beklaget!
hier ligt der/ dessen starcke Hand
viel auß dem Feld verjaget.
Aenéas leg dein Schwerd nur hin/
und laß es nimmer sehen/
kommt Simson mit dem Esels Kinn/
so wirstu schlim bestehen.

Sam-

Samſonis Herculei ſunt hæc monumenta, viator.
forte ſub hoc tumulo putrida calva jacet.
Viribus haut illum vicit generoſus Achilles,
Non Hector, Patriæ caſſis & umbo ſuæ?
Aenéas clypeum Vulcani jactet & enſem,
Quo pectus rupit, Turne ſuperbe, tuum!
Majores Aſini ſtrages maxilla peregit,
Hâc ſtravit, tanquam fulmine, mille viros.

Clangant tympana, buccinas ciete,
fiant funera more militari,
Heroi exequiæ parantur illi,
Cujus dextera mille ſtravit hoſtes
Maxillam ſtupidi tenens aſelli:
Jactet Mulciberis manu paratum
Aeneas gladium, nihil valebit
Contra tardigradi oſſa ſubjugalis.

Arma, Philiſtæi, mox prendite, cingite lumbos,
Annibal ad portam! currite Simſon adeſt.
Proh pudor, armatos ſtravit mille unus inermis!
Maxillâque aſini mille fugat gladios.
Vulcani clypeum Turni cum tangeret enſis,
diſſiluit fractus, multaque fruſta dedit.
Non hîc Aeneæ clypeus, ſed putrida mala
Samſonis in pugnis enſis & umbo fuit.

SCAZON.

Epitaphium Samſonis.

Hîc.eſt.ſepultus.ille.ferreus.Samſon.
Hic.ille.Terror.&.metus.Philiſtææ.
Silete,ne.repente.tollat.hoc.ſaxum.
Ut.movit.olim.noctu.Januam.Gazæ.
Si. putris. olim. mala. mille. proſtravit.
Nunc. totus.oſſeus. repente.ſi,ſurgat.

dem-

dematque.proprias.ab.ore.maxillas:
Quis stare posset ? ô viator.abscede.

XIV.

Rictum Leonis horridum
disrupit instar hœdi,
Spem Messis omnem messuit.
ignita cauda vulpis,
Postquam satis desævüt,
furore totus ardens.
Tandem miser cum crinibus
amisit omne robur.

Er ist es / dessen starcke Hand
deß Löwen Schlund zerrissen/
lauff/ Bauer lauff! der Acker brennt/
der Fuchs hat dich beschissen.
doch hat zu lezt ein schwaches Weib
den starcken Mann beschoren/
dardurch hat er von seinem Leib
die Krässten all verlohren.

Rupit & ista manus, tenerum ceu rumperet hœdum,
Antra tui rictus, prodigiose Leo!
Spem messis totam demessuit ignea Vulpes,
Tercentum caudas ludicra flamma gerit
Jam salta, Vulcane. gerenti vincula Marti
detondet vires insidiosa Venus.
Samsona quis vinxit?narrate,quot arma quot, hostes?
effari pudor est, una fuit mulier.

Victor

Victor dilaniat Leonis ora,
Hædum ceu laceraret aut catellum,
Messis munera cauda vulpis ardens
Uno demetit horulæ quadrante.
Sed nunc forfice turpe vile scortum
Detonsit validos viro capillos
Et cum crinibus omne robur aufert.
,,Vah! Samsón periit manu Puellæ!

Exiit è forti dulcedo, (heus œdipe) solve!
è glutone fluens (œdipe solve) cibus!
Tityre coge pecus, totos incendia campos
Comburunt, segetem vivida flamma vorat.
Proh pudor! occubuit meretricis fraude peremtus
Samson secreti proditor ipse sui.
Quem tot mille virûm, quem tot timuére phalanges,
Vincitur in gremio, Delila blanda, tuo.

SCAZON.

Et te Leo Princeps superbe brutorum:
instar tenelli scidit hoeduli Samson.
Ha ha! videte quæso ludicrum factum:
Caudata viva flamma currit in campos.
Omnemque latè demetit furens messem.
Nunc captus est Heros ab unico scorto,
& lusus est & risus improbi Vulgi:
Puella quæque vellicat viro Barbam!

XV

Salvete sceptra Regia
& regiæ coronæ.
Thronos adoro splendidos,
Rex vive sempiternum!

sed

Sed quid loquor? num somnio?
Num phantasia ludit?
Cum quo loquor? cum manibus,
Cum mortuis & umbris.

GOtt grüß dich Königliche Kron/
ich muß dich auch begrüßen/
ich küß/ ô König/ deinen Thron/
leg mich zu deinen Füssen.
Was red ich? ist mein Kopff vernarzt?
bin ich doll von der Kanten?
dort ligt er in dem Sand verscharzt/
hat Würme zu Trabanten.

Nunc Aulæ proceres & regia sceptra saluto,
Vive, & perpetuó, Rex venerande, vige!
Te quoque submisso, solium venerabile, vultu
Osculor, ore humili Regis adoro Thronum.
Quid loquor? inversæ sunt hæc deliria mentis,
Somnia vana loquor, non nisi vana loquor!
Qui fuerant Reges, jam sunt sine Nomine Manes,
Quæ fuit Arx, nihil est, Caula, quod Aula fuit!

Nuper compositus sopore blando,
Sancta mœnia credidi Sionis
Mecum marmoreis videre portis.
Aulam cum laquearibus decoris
Perlustro, solium saluto Regis.
Advolvorque throno; vigil jacere
Jn lecto stupui, ergò Somniavi,
Dixi languidus, ergò Somniavi?

Comere Musa comas, pulchris te vestibus orna,
Rex Jsraëlis nunc adeundus erit.
Flecte genu, Regisque Thronum venerare tremendũ,
Vivat perpetuo Rex, vigeatque diu!

B Quis

Quis? quid: ubi Rex est? hem! qualia somnia narras,
Nescis, nec Regem nec superesse gregem?
Sceptra sepulta jacent, magnæ cecidère coronæ,
forte in Sarcophago regia calva jacet.

SCAZON.

Quid claudicas Scazon? pedes move tardos,
Agrestis es, mox flecte rusticum corpus!
Stas ad thronum pedesque Regis Hebræi,
En quam superba pompa serviat Regi!
Vel Stultus es, vel ebrius, nihil cerno,
Nulla aula certé, Rexque nullus est præsens;
Ubi Ministri? ubi Satellites Regis?
Mens somiat, vanumque concipit non-ENS!

XVI.

Saulis Caput demessuit
strídente Mors securi,
David malo cum Filio
quiescit in sepulchro,
Divina quem scientia
ad astra vexit olim,
(O Vanitatum Vanitas!)
Inscitiâ laborat.
Wo hat wol Saul sich hinversteckt/
daß man ihn nicht kan finden?
hat David sich zu Ruh gelegt
der beichter seiner Sünden?
wo ist sein schöner Absolon?
dort hangt er an der Eychen.
der hochgelehrte Salomon
kennt jetz kein Himmels-Zeichen.
Dic ubi Saul latitet? quænam sub dolia repsit?
quære, ubicunque velis, non tamen invenies.
Tuque etiam gelido friges sub cespite David,
Nulla puella Tibi frigida membra fovet.

Absolon in quercu pendet ter cuspide læsus,
quo non in Mundo pulchrior ullus erat.
Et sapiens periit Salomon, sunt omnia vana,
Quæ sub Sole vides; dixit & occubuit.

Saul tandem periit, furore sævo
αὐτόχειρ gladio latus foravit.
David verba novissima elocutus
clausit lumina languido sopore.
Eheu! Absolon elegans puellus
Hastis interiit tribus foratus.
Cunctarum Salomon scientiarum
Oblitus jacet in patrum sepulchro,

Quam multum nocuit SAULI diadema coruscum!
tutius immo Asinos pasceret ille suos.
Qui toties aures dulci modulamine mulsit
Psaltes, in Cœlo cantica læta canit.
Tuque etiam in quercu juvenũ pulcherrime pendes
Absolon, ó nimium deliciose Puer!
Rex Salomon sapiens Proverbia dicere cessat:
Omnia Tempus habent, Nascier atque Mori.

SCAZON.

Hic est sepultus Spiritus malus Saulis
Mucrone proprio præoccupans mortem,
David quiescit inclytus Dei Psaltes,
Agnumque sanctum nabilo suo laudat. Apoc. cap. 5.
O Absolon puelle mi fili!
Formose, delicate, belle mi fili!
Sapientis ora nulla proferunt dicta,
Vah! Vanitatum vana Vanitas! Vah! Vah!

XVII.

Non multa secla floruit
Regalis ille splendor,
Cum Roboami pallio
Stirps scissa mutilatur.
Hinc bella surgunt mutua,
discordiæque Fratrum.
Evanuit Cultus Dei,
Jdóla Rex adorat,

Es währt nit lang/deß Königs Pracht
muß endlich auch veralten/
gleich wie der Mantel stücker macht/
wird sich das Reich auch spalten.
Drumm wird von nichts als Krieg und Mord
auff beeder seits gehöret/
der Gottesdienst hat auch ein Ort/
deß HErrn Hauß ist zerstöret.

Ergò in perpetuum Judaica Regna manebunt?
Scilicet ut retro Rusticus arma gerit.
Scissum est Jmperium Roboami ut pallia: tanto
de Regno vix sunt parvula frustra super.
Exurgunt lites, Fratrum quoque gratia rara est,
Hoc probat Exemplo gens malesana suo.
Relligio cultusque Dei sub Principe languent,
Proque Deo vero sunt simulachra Dij.

Nimirum Nihil omne stat per ævum,
Regnum, Sceptra. Corona, sunt caduca
Sortis munera, Nil perenne durat,
Et Judaica Regna dant ruinam,
Cædes, jurgia, bella sæva surgunt,
Friget relligio Deique cultus,

Jn Templo Domini nihil videbis
Jdolum nisi putre, turpe, mutum.

Rumpitur Jmperium, divisaque regna fatiscunt,
binaque perpetuò prælia sceptra gerunt.
Imperii vires bino sub Rege vacillant,
scinditur in partes, quæ fuit una Domus.
Degeneres linquunt Patrum vestigia nati,
Nec Domino Regis facta placere queunt.
Astaroth & sævus natorum cæde Saturnus
In Templo regnant, summe Jehova, tuo.

SCAZON.

Cur quæso Regis molle pallium scindit
Lymphatus hic Propheta, numquid insanit?
Sic scissa sunt & rupta regna Iudææ,
Magnamque fecit stirps Hebræa rupturam.
Dumcardui vult filius Cedri natam
A bestiis saltus repente calcatur.
Idola circum turba currit & clamat:
Baal Astaroth nostras (ubi es) preces audi!

XVIII.

Ascendit in ferociâ
Dei tremenda virga,
Minasque spirat horridas
Chaldaicus Tyrannus.
Devastat amplam regiam,
& vasa cuncta tollit,
Cum Rege cœco corruunt
Corona, sceptra, Regna.

Der wild Assyrier tritt auff/
GOtt hat ihn her gesendet/

XVII.

Non multa secla floruit
Regalis ille splendor,
Cum Roboami pallio
Stirps scissa mutilatur.
Hinc bella surgunt mutua,
discordiæque Fratrum.
Evanuit Cultus Dei,
Jdóla Rex adorat,

Es wåhrt nit lang/deß Königs Pracht
muß endlich auch veralten/
gleich wie der Mantel stücker macht/
wird sich das Reich auch spalten.
Drumm wird von nichts als Krieg und Mord
auff beeder seits gehöret/
der Gottesdienst hat auch ein Ort/
deß HErrn Hauß ist zerstöret.

Ergò in perpetuum Judaica Regna manebunt?
Scilicet ut retro Rusticus arma gerit.
Scissum est Jmperium Roboami ut pallia: tanto
de Regno vix sunt parvula frustra super.
Exurgunt lites, Fratrum quoque gratia rara est,
Hoc probat Exemplo gens malesana suo.
Relligio cultusque Dei sub Principe languent,
Proque Deo vero sunt simulachra Dij.

Nimirum Nihil omne stat per ævum,
Regnum, Sceptra. Corona, sunt caduca
Sortis munera, Nil perenne durat,
Et Judaica Regna dant ruinam,
Cædes, jurgia, bella sæva surgunt,
Friget relligio Deique cultus,

J

Jn Templo Domini nihil videbis
Jdolum nisi putre, turpe, mutum.

Rumpitur Jmperium, divisaque regna fatiscunt,
binaque perpetuò prælia sceptra gerunt.
Imperii vires bino sub Rege vacillant,
scinditur in partes, quæ fuit una Domus.
Degeneres linquunt Patrum vestigia nati,
Nec Domino Regis facta placere queunt.
Astaroth & sævus natorum cæde Saturnus
In Templo regnant, summe Jehova, tuo.

SCAZON.

Cur quæso Regis molle pallium scindit
Lymphatus hic Propheta, numquid insanit?
Sic scissa sunt & rupta regna Iudææ,
Magnamque fecit stirps Hebræa rupturam.
Dumcardui vult filius Cedri natam
A bestiis saltus repente calcatur.
Idola circum turba currit & clamat:
Baal Astaroth nostras (ubi es) preces audi!

XVIII.

Ascendit in ferociâ
Dei tremenda virga,
Minasque spirat horridas
Chaldaicus Tyrannus.
Devastat amplam regiam,
& vasa cuncta tollit,
Cum Rege cœco corruunt
Corona, sceptra, Regna.

Der wild Assyrier tritt auff/
GOtt hat ihn her gesendet/

es hat sein wilder krieges Hauff
sich zu der Stadt gewendet/
deß Königs Saal ist wüst und leer/
hin seind Schwerd/ Schild und Lantzen/
der König hat kein Augen mehr/
muß in der Finstre tantzen.

Assiduo tandem fessus miserendo Jehovah
ulterius populi crimina ferre nequit.
Fluctisoni mittit sævos Euphratis ab undis
Assyrios, iræ dira flagella suæ.
Tympana jam clangunt, muri fecère ruinam,
mœnia rupta jacent, nil nisi saxa vides.
Ornamenta Domus Domini, vasa aurea Regis
sunt ablata, nihil restat in Aede Dei.


Regnâsti satis insolens Hebræe!
Ascendet Babyloniæ Tyrannus.
Et pulchram tibi detrahet coronam,
Urbis mœnia funditus peribunt,
Orbus lumine liberisque charis
Princeps cum populo geret catenas.
Regis pocula cum suis ministris
Chaldæi rapient manus Tyranni.

Agmina quæ veniunt? motu tremit excita tellus,
tetra quid arma notant? hospes an hostis adest?
Assyrij Regem, rumor sic narrat, Hebræum
deponent, actus nempe Solennis erit.
Iamque trahunt captum collo manibusque ligatum.
ô quam non Regem turpia vincla decent!
Cæditur ante Oculos proles miseranda parentis.
tunc verè optasset, non habuisse oculos!

SCAZON.

Quæ multitudo, turba qualis occurrit?
Vah! gens Hebræa tota ducitur capta!

Corona nulla regium caput cingit,
portantque vincta collo ferream torquem,
Scipione gressus dirigit, carens visu,
Arundo nempe longa Regis est Sceptrum.
Spectaculum crudele! Patris ob crimen
Ah! innocens tenella cæditur proles!



XIX.

Urgete nimbi lumina,
&irrigate vultum,
Hebræa ploro funera
Chaldaicos ad amnes!
Vastata squallet funditus
Sublimis Arx Sionis,
jacent venusta mœnia,
Quis tristis esse nollet?

An Wasser-Flüssen Babylon
da sassen wir mit Schmertzen/
als wir gedachten an Zion/
da weinten wir von Hertzen.
Du bist ô wunderschönes Reich
von Grund auß gantz verheeret/
bist ehnlich worden einer Leich/
und gantz und gar zerstöret.

O Mihi si caput hoc liquidas vertatur in undas!
transeat in flumen, quod modò lumen erat.
Singultu mecum Solymæ certate puellæ,
& lachrymis Urbi solvite justa piis!
Musica nulla placet, mœstas quæ mulceat aures,
Nausea sunt Cytharæ, nausea suntque lyræ.
Ah! quoties mentem Solymæ subit urbis Imago,
labitur ex oculis tunc quoque gutta meis!

Claustrum rumpite stagna lachrymarum,
Humectent patulam fluenta frontem!
Euphrates rapidoque Tigris amne
Bimo ex lumine profluant in Ora,
ô urbs Ierusalem corona Mundi!
ô urbs Ierusalem jaces sepulta,
Funus flebile languidum cadaver!
Stagnent lumina lachrymasque fundant.

Qua sub parte Poli Salomonia templa stetére?
Quis monstrare potest, urbs ubi tanta stetit?
Omnia strata jacent, vestigia nulla supersunt,
In Solymâ Solymam quæro nec invenio.
Talia cernendo nec duri miles Ulyssis
Myrmidonumve Cohors temperet à lachrymis.
Filia mœsta Sion lugens Euphratis ad undas
Deplorat patriæ tristia fata suæ,

SCAZON.

Anacreontis ora fletibus squallent,
Mutatus est noster Phalæcus in fontem,
Elegiæque lachrymis rigant vultum,
Tu solus ergo ferreum geris pectus
Obtuse Scazon? Arx Sion jacet, plora!
Vah! Vah! quid est? siccum quid increpas lumen?
Nil fit novi. Si forte corruunt urbes!
Plorando non restauro perditos muros!

XX.

Sic tota Pompa transiit.
offertur hîc cadaver:
olim fuere Principes
& liberi Dynastæ,

Nunc

Nunc serviunt, per integrum
disperſa turba Mundum,
Iam claude pompam funeris
pedesque, Muſa, ſiſte!

Nun hat der gantze Pracht ein End/
die Leich iſt zu beklagen/
die vormals Fürſten ſich genennt/
und Kronen dörfften tragen/
ſeind jetzund nichts als arme Knecht
von aller Welt verachtet/
diß hab ich alſo kurtz und ſchlecht
in meinem Sinn betrachtet.

Stemmatis Hebræi ſunt hæc monumenta, Viator,
Uno ſub tumulo Rex populusque jacent.
Nobile ſtemma fuit, ſed quis non novit Hebræos?
Terrarum Dominus ſolus Apella fuit.
Quid nunc? mancipium, ſervus, miſerabilis Exul,
Meſſiam fruſtra nocte dieque vocat.
Hæc de gente tuâ cecini, Iudæe, peracti
præmia tres tali forte laboris erunt!

Nunc tandem cecidit ſuperba pompa,
Per totum timidi vagantur orbem,
qui quondam tumidi fuere Reges,
Accurrunt pueri nimis petulci.
Talos porrige, clamitant, Apella!
Imbelles timidi tremunt ad ipſa
Porci ſtercora, mille poſſet unus
Pinguis particulâ fugare lardi.

Eloquar hoc etiam, licet indignentur Apellæ,
Hebræum periit diſperiitque genus!

Rex & ſceptra jacent, populusque evanuit omnis,
Non eſt qualis erat, ſola ſed umbra ſui.
Exulat ambiguum latè diſperſus in orbem,
Mancipium proprii ludibriumque ſoli.
Sed quid multa cano? nulla hic eſt gratia **Vati**,
Judæus **Vates** opprimit & lapidat.

SCAZON.

Jgnave Scazon, quid manu caput ſcalpis?
Num feſſus es longâque de viâ laſſus?
Deſerta nempe multa jam peragraſti,
Tu Pharaonem per profunda jeciſti,
Cum Joſuâ Solem manere juſſiſti,
Fugére Te ceu Samſonem Philiſtæi.
Iam dignus es, ſcyphos ut impleam vino,
In ſanitatem quod bibas Poëtarum!



ODE

Der grimme Tod mit seinem Pfeil.

olim

à

PETRO FRANCKIO.

S. I. Germanico

Et

MATTHAEO RADERO.

S. I. Latino


Carmine edita,

Nunc utroque Idiomate noviter vestita

à

M. Iohanne Ulrico Erhardo,

S. S. Th. Stud.




I.

O Sonne güldener Planet/
O Mond/ du Silber-Kertze/
die ihr niemal verdunckelt steht/
seyt frey von aller Schwärtze/
Ade! ich kan an eurer Bahn
mich länger nicht erlaben/
ich schließ in Ruh die Augen zu
in tieffem Schlaff vergraben.

Nunc ergo Phœbes aureum
Jubeo valere fratrem,
Simulque fratris aurei
argenteam sororem,
Et quotquot astra fulgidum
circumvagantur orbem,
Me somnus urget ferreus.
Soporque mortis altus.

Tandem Munde vale! valeat Lux aurea Phœbi,
Argento valeat Cynthia clara suo!
Lumina quæ vicibus mutatis æthere ab alto
Excubias servant nocte dieque suas.
Lux oritur suprema mihi, quin verius illa
Occidit (heu) posthac non oritura mihi!
Jamque profunda quies oculos & ferreus urget
Somnus, & æternus membra veternus habet!

II.



II.

Ihr Himmels-Liechter allzumal/
ihr helle Nacht-Lucernen/
die ihr mit eurem Freuden-Strahl
den Himmel ziert von fernen/
zeigt auff dem Meer/ dem Schiffer-Heer/
wohin sie länden müssen/
mein Schifflein steht/ kein Ruder geht/
die Segel sind zurissen.

Valete Cœli sidera,
Satellites Dianæ,
Claræ Polorum lampades,
facesque multiformes
Monstrate Nautis æquora
viamque per profundum,
Sopitus altum dormio
PALINURUS in profundo.

Astra valete cavi circumvaga corpora Mundi,
vos orbes, Cœli quotquot in orbe micant!
Perpetui vigiles, fixa statione manentes,
Quorum oculos nunquam languida Luna premit.
Este Duces ratibus per inhospita nantibus arva
æquoris indomiti, per freta nuda maris.
Lethæum Morpheûs ramum super utraque quassat
Tempora, sub stygias it PALINURUS aquas.

III.

Ade du buntes Blumen-Feld/
Ade ihr Büsch und Auen!

was

was Flora nur für Kunst-Gemählt
läßt in den Gärten schauen/
ihr Bächlein ihr/ da offt mit mir
ein Täublein hat gegirret/
die Clotho hat deß Spinnens satt
mein Leibens-Trumm verwirret.

Horti valete floridi,
Smaragdiniquc campi,
Fontes liquore limpidi,
undæque murmurantes.
Et quotquot auram Turtures
suspiriis lacessunt,
Extrema verba profero,
Valete! Vita transit.

Vos etiam teneri primâ lanugine veris,
intonsique horti prataque castra boum;
Per campos leni repentes murmure fontes,
queis non miscet aquas Doris amara suas.
Tuqe loquax mœstaq́ gemens super arbore Turtur,
totaque sylvestris garrula Turba Chori,
Quam vobis dico, vox est suprema: Valete!
destituunt linguam vitaque voxque meam.

IV.

Ihr Elementen ins gesammt/
und was darinnen lebet/
was in dem heissen Feüer flammt/
was in dem Wasser ſchwebet:
auch Berg und Thal/ [illegible]
erhöht ligt oder nider/
was diese Welt in Circul hält/
Ade! ich komm nicht wieder.

Ele-

Elementa, quæ componitis
resolvitisque Mundum,
Valete! Terræ filius
in pulverem resolvor,
Quicquid volat, quicquid natat,
& quicquid est, Valeto!
Gibbi valete montium,
vallesque monte clausæ.

Rerum compages Elementa alimentaque Mundi,
Aër mole levis, terraque mole gravis,
Et quorum Natura, aut motus ab aëre pendet,
seu quæ per solidum repere nata solent;
Gibbosi montes vallesque in monte latentes,
Quicquid habet tellus, undaque quicquid habet.
Quæ sub sole jacent, viva & non viva, valete,
Migramus, non est firmus in orbe locus.

V.

Der Tod hat seines Bogens Pfeil
in Grimm auff mich gezihlet/
der rafft die Menschen hin in eil/
eh man die Wunden fühlet/
gleich wie der Rauch/ mustu dich auch/
ô schnöder Mensch verlieren/
es hilfft kein Geld auff dieser Welt/
der Tod läßt sich nicht schmieren.

Mortem minatur horridam
Armata Mors pharetrâ,
telumque tinctum toxicô
insana Parca vibrat.
Communis est necessitas:
Mori tenemur omnes,
Mors est inexorabilis,
nullis movenda nummis,

Hor-

Horrida Mors arcu telum jam missile vibrat,
atque venenato spicula felle linit,
Quem ferit, ille perit nullis medicabilis herbis,
hic vere doctâ plus valet arte malum!
Frustra hic tentaret serpens Epidaurius herbas,
Qui raptum Androgeo reddidit arte diem.
Lex antiqua, Mori, nullo corrumpitur auro,
hinc est, quod nullus dives in orbe manet.

VI.

So bald er kommt und klopffet an/
so must du mit ihm ziehen/
kein Freund ist/der dir helffen kan/
sie werden alle fliehen/
du ligst allein in deinem Schrein/
mit Finsternuß umfangen/
nimmst nichts mit dir/als was du hier
im Leben hast begangen.

Ad januam cum venerit,
pulsare ter licebit,
Intrare si non jusseris,
injussa limen intrat.
Tu destitutus omnium
solatio migrabis,
Hoc unicum viaticum
Habebis: Acta Vitæ.

Pande Fores, simul ac digito pulsaverit illas,
Sponte nisi pandas ostia, fit via vi.
Ter pulsare licet, si non aperitur, abito!
frustrà est, tu mecum, Mors tibi dicet, abi!

Mi-

Migras obſcurâ ſolus ſub nocte per umbras,
Nulla Sibylla venit, quæ tibi monſtret iter.
Nil tecum é vitâ duces, quam quidquid in illâ
feceris, illud habe ſolus & unus habe!


VII.

Dein Angeſicht wird fallen ein/
die Augen werden brechen/
das Hertz in ſchweren ängſten ſeyn/
der Mund kein Wort mehr ſprechen/
der Wangen-Glantz verliert ſich gantz/
die Puls hört auff zuſchlagen/
deß todtes Schweiß macht dir gar heiß/
da kommt die Noth mit hauffen.

Pallescit oris purpura,
ſenſim labant ocelli,
Pectus tremiſcit anxium,
vox ægra ſtrangulatur,
feſſæ jacent arteriæ,
vetuſta fit venuſtas,
Stat ſudor ore frigidus,
adeſt ſuprema lucta.

Bella labella modis video pallentia miris,
Lumina ſunt Oculi jam ſine luce tui:
Mille coquunt intus trepidantia pectora curæ,
feſſaque vox, linguam morte gravante, tacet.
Parca manum tangit, quam verè arteria pulſa eſt,
Quantum pallorem progenuére genæ!
Frigidus ore fluit ſudor, nunc pectore firmo,
Nunc opus eſt animis, lucta ſuprema venit.

VIII.



VIII.

Der dich geliebet inniglich/
und Bruder hat genennet/
geht jetzt vorbey/ als hätt er dich
sein lebtag nie gekennet/
der früh und spath um guten Rath
dich emsig hat gebetten/
laßt jetzund dich allein im stich/
er kan dich nicht erretten.

Quot ah! quot anxitudines,
quot sustines labores?
Nec est, tuos qui mitiget
aut leniat dolores;
Cui dictus ante corculum,
cui dictus es voluptas,
Nomen tuum, te mortuo,
audire nauseabit.

A fronte, à tergo, supraque infraque laboras,
oppressus curis intus es atque foris.
Stant circum spectantque tuos, miserantque labores
Nati & cognati, nemoque præbet opem.
Qui quondam, sine te se vivere posse, negabat,
Nil curat, jam te se sine posse mori:
Quin si præteriens tua forte sepulchra rogârit,
Quis fuit hic? dicet, nescio, quis fuerit?

IX.

So ein Gestanck geht auß von dir/
der alle kan vertreiben/

Ein

ein jeder stopfft die Nase für/
kein Mensch kan um dich bleiben;
nur flux hinab mit dir ins Grab/
die Erde mus dich decken/
da schlaff nur zu in guter Ruh
es wird dich niemand wecken.

Nocet cadaver naribus
odore pestilenti,
Vultus teguntur linteis,
ne fœtor intret ora,
Forâs feréris ocyus,
ponéris in sepulchrum,
obsessus isthic dormies
surdissimo veterno.

Corpora, quæ quondam suavem sudantia nardum,
Optima vicerunt balsama odore suo;
Nunc fœtore gravi superant stabula infima, quicquid
Porcorum fœtent, quicquid & hircus olet.
Linteolis passim vultus atque ora teguntur,
Namque solet fœtor naribus esse gravis.
Ocyus ergo forâs propera! sub cespite dormi,
turbabunt somnos somnia nulla tuas.

X.

Man eilt mit dir zum Thor hinauß/
schier eh du bist verkaltet/
würfft deine Bein ins Todten-Hauß/
so bald die Haut veraltet/
ein groß Geschrey voll Heucheley/
und wenig Leids darneben/
das wird man dir (vertrau du mir/)
zu einem Weggelt geben!

Vix

Vix clausa languent lumina,
vix lassa membra frigent,
Stat jam tamen sub ædibus
vespillo cum ferétro.
fictis flet uxor lachrymis,
(ridere forte mallet)
Descende tu : nam singuli
hac claudimur sub alvo !

Vix tum Parca tibi morientia lumina clausit,
frigore vix torpet Corpus & ossa rigent,
Iam tamen umbrosum portat vespillo ferétrum.,
& quærit ? quo sint membra locanda specu.,
Mox exarescent quæ lumina flumina fundunt,
sed tu fatalem perge subire scrobem !

Hanc tibi qui fossam stridente ligone paravit,
forsitan in foveam cras cadet ipse suam !

XI.

Dein Grab ein herrlicher Pallast/
ist voller Würm und Schlangen/
die laden selber sich zu gast
so bald sie dich empfangen/
sie machen nicht/ wie sonst geschicht/
gar viel der Complementen/
du must allein die Speise seyn
für Hüner/ Gänß und Enten.

Nec in sepulchro conditus
tutam tenes latebram,
Sed carne vermes putridâ
cibabis & chelydras,

Hi

Hi dentibus famelicis
nervos & oſſa rodent,
Non tutus eſt ab Hoſpite
Hoſpes ſub hâc caverna.

Sub terrâ ſperas tut m reperire latébram?
Falleris, haud adeò molliter oſſa cubant!
Roderis à blattis, graſſatur aduſque medullas
ſerpentum in gyrum conglomerata cohors.

Vivitur ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus,
Inſidias natis terra noverca ſtruit.

Immanis tenet hîc crudelia ſceptra Lycaon,
à quo vix tutus Iuppiter ipſe foret.

XII.

All deiner Freunde Traurigkeit/
wird kaum sechs Monath währen/
dann werden sie ihr schwartzes Kleid
in Purpurfarb verkehren
die Erd ist feucht/ kein lux und leicht/
du kanst sie wol ertragen/
dein Geld ist schwer/ drumm werden sehr
die Erben sich drob schlagen.

Abſolvitur ſex Menſibus
(vel forte ſex diebus)
Querela complorantium
uxoris & nepotum,
Stolas deinde detrahunt,
faſtidiuntque pepla,
Exhaurit hæres nummulos,
heu! prædo jurgioſus.

Agna-

Agnati ducunt breve per semestre querelam,
Conveniensque solet luctibus esse color;
Tum mox tristitiæ larvas, lugubria vela,
abiiciunt capiti pepla molesta nimis,
Iamque iterum gaudent, nigræ post tædia vestis,
se posse ornatu versicolore tegi.
Interia gazam rixosus diripit hæres,
sit tibi terra levis, dummodo cista gravis.

XIII.

Kaum ist ein Jährlein noch vorbey/
so bist du schon verwesen/
man kan/ wer der gewesen sey?
nicht an der Stirnen lesen.
das Aug ist hol/ sicht nimmer wol/
die Hirnschal ist durchfressen/
man wirfft dein Bein/ zum Zaun hinein
wer gern möcht Äpffel essen.

Dum transit Annus **integer,**
non integer manebis,
Dicet viator transiens:
dic calve, quis fuisti?
Sunt excavata crania,
instar cucurbitarum,
Passim videntur ossium
hinc inde sparsa frusta.

Qui te post annum, versâ tellure, requiret;
dicet: num quondam tu mihi notus eras?
Heu! qualis fueras, quantum mutatus ab illo!
Non superest tenuis, quæ tegat ossa, cutis.
Nil præter densam cernunt cava lumina noctem,
effrontem frontem quis neget esse tibi?
Truditur in biviis calvaria sparsa, nec ullus,
qui veniat fractis ossibus ultor, erit!

†††††††:†††††.:††.††††:†:†:††††††

XIV.

Der Tod kommt/ wann es ihm gefällt/
du kanst ihn nicht verhüten/
es kan ihm ja auff dieser Welt
kein Mensch das Hauß verbieten/
es gilt ihm gleich: Arm oder Reich/
man gelt viel oder wenig/
du must davon flux ab dem Thron
du auffgeblasner König.

Irrepit improvisa Mors.
nulloque cogitante
se monstrat ante januam,
nec accipit repulsam,
secum rapit promiscuè
regesque subditosque:
Coguntur ipsi Consules
Lictoris ad securim.

Ex improviso Mors improvisa propinquat,
non multum curat, grata sit, anne gravis?
Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas,
Dicit, & injectâ te rapit illa manu.
Nec, quia de solio sceptrum venerabile monstras,
id circo Parcam pellere ab arce vales.
Subditus & Princeps unâ sub lege tenentur:
Grex cum Rege suo, cum grege Rex moritur.

XV.

Ein enger Sarch ist dein Gemach/
verrigelt und verschlossen/

gleich

gleich auff der Nasen steht das Dach
mit Brettern zugeschlossen/
es hilfft kein Pracht/ Gewalt noch Macht/
zu Staub muß alles werden/
der Herr und Knecht ist ein Geschlecht/
sie seind von einer Erden.

Augusta Regis atria
angusta condit arca,
Pedes jacent sub ostio
nasusque tecta fulcit.
Fœtet cadaver regium
calonis instar imi;
Quid multa? Rex & subditus
luto jacent sub uno.

Cui quondam augustis patuerunt atria portis,
Illi angusta manus arca pedesque premit.
Tecta gravant nasum, nihil atria talia distant
à parvâ, quam fert Cochlea tarda, domo.
Numquid Alexandri tumba est pede
latior uno,
quam quondam stolidi dolia Diogenis?
Non opus est multis; cœnum solventur in
unum
compacti ex uno vernaque Rexque luto.

XVI.

Ein andrer wird sich auff dein Land
auff Rennt und Leben spitzen/
er trägt das Scepter in der Hand/
du bleibst im Grab versitzen/

man

man wirfft zu Grund in einer stund
der Mauren hohe Zinnen/
du faulst im Grab/ bist gantz schabab/
Wurmstichig auß und innen.

Quis deinde vectigalia,
Quis regna possidebit?
Alius throno superbus est,
De te silebit Aula.
Evertet hæres mœnia
tuo parata jussa;
Turresque, quas ad Nominis
tui decus struebas.

Cui tua Regna dein, cui vectigalia trades?
Quis post te regni sceptra togamque feret?
Forsitan is, qui nunc jungit cum bobus aratrum,
Cui parat in campo ferrea mensa dapes.
Quisque novo servit Regi, tu spretus in Aulâ
(Aulicus hic mos est) lusus inanis eris.
Quæque tuæ quondam famæ monimenta fuére,
Mœnia cum famâ sunt ruitura tuâ.

XVII.

So bald du auß den Augen bist/
wird deiner gleich vergessen/
diß denck/ ô Mensch/ zu jeder Frist/
sey nicht so sehr vermessen.
Dein bester Freund wird dann dein Feind/
will nichts mehr von dir hören/
mich wundert hoch/ wie du dich doch
läßt von der Welt bethören?

Nunquam tuæ fit mentio
Vitæve Nominisve,


Qui non videtur amplius,
non amplius vocatur,
Tecum ſepultæ dormiunt
fidesque charitasque.
Fides ubique Punica,
ubique fraus in orbe eſt.

Quondam notus eras totâ celeberrimus urbe,
& non obſcuro Nomine notus eras.
Quæq; ancilla manu protentâ dixerat: Hic eſt!
Hic eſt, quem mirum novimus eſſe Virum.
Iam dicent cives; ſi quis te forte requirat,
Virne olim tali Nomine in orbe fuit?
Ex oculis animisque unâ perlaberis hora;
Nondum, ſtulte, vides quæ ſit in orbe Fides?

XIIX.

Der tod ſchleicht heimlich in das hauß/
als wie der Dieb zum ſtehlen;
es weicht ihm niemand leichtlich auß/
man kan ſich nicht verhelen:
Soll dich ſein Gifft/ daß alle trifft/
nicht bringen zum Verderben.
So denck es ſey nunmehr dabey/
du müſſeſt heut noch ſterben.

Te dormiente forſitan
furtiva mortis hora
Irrepet, haud abſconditus
ullo manebis antro,
Mors novit omnes Angulos,
omnesq; ſcit latebras,
Diſpone rem domeſticam,
Nam Tempus eſt migrandi.



Mors pede suspenso portas nil tale timentes
ingreditur, tacito namq; scit ire gradu.
Qualiter astutus noctu fur repit in ædes,
vix tangit summum callida planta solum.
Nec tenebris occultus eris, ne quære latebras,
Nulla fides antris, invenieris ibi.
Maturato opus est, citò res dispone domumque,
hic mora parva tibi magna perîcla parit.

✝✝✝ ✝✝✝ ::: ✝:✝:✝ :: ✝✝✝ ✝

XIX.

Sih nur / diß ist die schöne Stirn /

die vor so hell gefunckelt /
diß ist die wunder schöne Dirn /
die alle Zier verdunckelt /
ist jetzt ein Bein so hart als Stein /
ist förchtig anzusehen /
drumm ist es bald um die Gestalt
ô schnöder Mensch / geschehen.

Hæc illa frons, hoc illud os,
quod ante basiabas,
Hæc illa quondam Tyndaris,
Hæc illa flamma Trojæ!
Olim fuit pulcherrima;
Quid jam nisi cadaver!
Quam rancidum, quam putridum,
Quam fœtidum cadaver!

Vah! Helenam video laceram crudeliter ora,
Ora manusque ambas dilaniata jacet.
Ora rosis olim magis arridentia vernis,
& quæ vicerunt marmor eburque, manus.
Quam formosa olim, proh! quam formosa fuisti,
Tyndaris! ô quam nunc es tibi dissimilis.

Iudicium Paridis de tali consule formâ;
Iudicio Paridis non erit hæc Helenæ!

XX.

Diß ist villeicht der letzte Tag/
die letzte Stund zuleben/
verachte nicht/ was ich dir sag/
du must dich GOtt ergeben!
wie mancher muß/ ohn alle Buß/
schnell zu der Höllen fahren/
drumm solt du nicht/ wie offt geschicht/
die Buß zu lang verspahren.

Hæc forsan est suprema lux,
suprema forsan hora,
Quâ luce gaudes publicâ,
Iam Parca fila scindit,
Nocet, nocet securitas,
securus esse noli,
Nam plurimi mortalium
sic transeunt ad orcum?

Forte hodie suprema tibi lux fulget in orbe,
quamque horam spiras, ultima forsan erit.
Certus enim non es; fatalem quando sagittam
ejaculetur atrox Parca, columque secet:
Novi ego, qui multos sperabant vivere in Annos,
at spes cum Vitâ evanida disperiit.
Nescia mens hominum fati mortisque propinquæ
se, nisi dispereat, posse perire negat.

XXI.

Bereite dich/ es ist schon Zeit/
du must nur fertig stehen/

Der

der Tod kommt morgen oder heut/
so kanst du mit ihm gehen/
steh ritterlich/ erzeige dich
im Kämpffen ohne Zagen/
die schönste Kron wirst du zum Lohn
von GOttes Hand weg tragen.

Quin ergo te jam præparas,
est namque prævenire,
Quam præveniri, tutius:
scutum tene salutis,
Fortissimo sta Spiritu,
& Spiritus in Armis.
Erit corona gloriæ
victoriæ brabèum.

Si sapis, arma para, namq́ iminet hostis, (Amyclæ
legè suâ taceant) arma cape, hostis adest.
Prospice, ne seró clypeum post vulnera sumas,
Ne nimis incautus præveniare, cave!
Sæviat hostis atrox, tu contra audentior ito,
audendum est forti (res vocat ipsa) manu.
Magna quidem pugna est, sed erunt quoque magna trophæa.
Non nisi certanti læta corona datur.

XXII.

Wirff alle Creaturen hin/
laß nur den Schöpffer gelten/
wer hir verliert/ hat dort Gewin/
laß dich die Welt nur schelten/
trau deinem GOtt in aller Noth
er weist es schon zu machen/

Es wird sein Schutz/ dem Feind zu Trutz/
dich überall verwachen.

Solutus à ludibriis,
deliriisque mundi
Soli Deo te mancipa,
et fortiter repelle,
Quicquid Solo, quicquid salo
Poloque quicquid obstat;
Sic mille per pericula
securus ambulabis.

Quicquid in orbe vides, quicquid capit utraq́ Mundi
Machina, deride, non nisi vana vides.
Omnia nil tibi sint, veluti nihil antę
fuerunt,
Astra placent! pereunt. ampla ne terra? perit.
Nonne magis Deus, ex nihilo qui cuncta creavit,
Quam quæ sunt nihilum dignus amore tuo est?
Fidentes sibi Cœlipotens (en dextra fidesq́!)
Custodit, nec scit fallere fraude suos.

XXIII.

Der dises Liedlein hat gemacht/
und neulich erst erdichtet/
hat offtermahls daran gedacht.
Er sey dem Tod verpflichtet.
Jetzt schweigt er still/ nicht ob er will/
wird wenig Vers mehr machen
du must auch fort/ stehst schon im Port.
drum sih zu deinen Sachen.

Hanc Næniam qui condidit
seu flendo, seu canendo,
Fati sui non immemor
de morte multa scripsit.

Nun

Nunc conticet ceu musculus,
terræque rodit alvum ?
Hæc qui legis, dispone te,
Cras forte tu sequèris !


Ille, Hunc qui cecinit Lessum, seu vivat adhucdum,
seu dudum ad patres iverit ipse suos ;
Non tamen immemorem fati mortisque fuisse,
Certum est, sic cantat jam moriturus olor.
Jnterea quisquis vitali vescitur aurâ,
Cogitet hâc horâ se quoque posse mori !
Quis tamen hunc lessum (lubet explorare) Poëta
plorando cecinit ? Quis fuit ille ? Fuit !

Ecclesiasticus, c. 38. v. 24.	Syrach im. 38. C. v. 24.
Mihi heri, et tibi Hodie.	Gestern wars an Mir/ heut ists an Dir.





ODE
de
Vanitate Mundi.
Von der Eitelkeit der Welt.



I.

Ach wie nichtig/ ach wie flüchtig/ ist der Menschen LEBEN!
Liß es ruckwerts und von hinden/
du wirst einen NEBEL finden/
welcher plötzlich muß verschwinden.

ô Vana Vitæ Vanitas,
ô umbra, bruma, fumus!
ô Iris, ô Ethesiæ,
ô bulla, fulgur, Aura!
Terræ vapores diffluunt,
Cogente Solis æstu;
Sic Vana Vita diffluit,
Cogente mortis æstu.

Was ist das Leben doch?
ein Elend absque termino,
ein schweres Ochsen Joch/
Transit dum Homo loquitur,
Ut vapor, qui decoquitur,
vom heissen Nebel Koch.

Ach

II.

Ach wie nichtig/ ach wie flüchtig/ sind der Menschen Tage?

Wie die Ströhme sich ergiessen/
und von hohen Bergen schiessen/
pflegt die Zeit auch hin zu fliessen.

Ut Tigris undas devehit,
celeris sagitta Tigris,
Volansque præterlabitur
guttamque gutta trudit;
Sic nostra currunt tempora,
vertuntque secla caudam,
Anni diesque cursitant,
horamque trudit hora.

Die Zeit laufft schnell davon/
als wann sie von dem Currere
hätt einen Bottenlohn;
Ut fluvius à montibus
largis decurrit fontibus,
So laufft die Zeit davon.


III.

Ach wie nichtig/ ach wie flüchtig/ ist der Menschen Freude/

Mitten in den Freuden-Springen
kan man uns von bösen Dingen
unverhoffte Bottschafft bringen.



ODE
de
Vanitate Mundi.
Von der Eitelkeit der Welt.



I.

Ach wie nichtig/ ach wie flüchtig/ ist der Menschen LEBEN!

Liß es ruckwerts und von hinden/
du wirst einen NEBEL finden/
welcher plötzlich muß verschwinden.

ô Vana Vitæ Vanitas,
ô umbra, bruma, fumus!
ô Iris, ô Ethesiæ,
ô bulla, fulgur, Aura!
Terræ vapores diffluunt,
Cogente Solis æstu;
Sic Vana Vita diffluit,
Cogente mortis æstu.

Was ist das Leben doch?
ein Elend absque termino,
ein schweres Ochsen Joch/
Transit dum Homo loquitur,
Ut vapor, qui decoquitur,
vom heissen Nebel Koch.

Ach

II.

Ach wie nichtig/ ach wie flüchtig/ sind der Menschen Tage?

Wie die Ströhme sich ergiessen/
und von hohen Bergen schiessen/
pflegt die Zeit auch hin zu fliessen.

Ut Tigris undas devehit,
celeris sagitta Tigris,
Volansque præterlabitur
guttamque gutta trudit;
Sic nostra currunt tempora,
vertuntque secla caudam,
Anni diesque cursitant,
horamque trudit hora.

Die Zeit laufft schnell davon/
als wann sie von dem Currere
hätt einen Bottenlohn;
Ut fluvius à montibus
largis decurrit fontibus,
So laufft die Zeit davon.

III.

Ach wie nichtig/ ach wie flüchtig/ ist der Menschen Freude/

Mitten in den Freuden-Springen
kan man uns von bösen Dingen
unverhoffte Bottschafft bringen.

 O Vana

ô Vana Vitæ gaudia,
Tragædiasque Mundi!
vultu viciſſim diſpari
ridemus atque flemus,
Ridet per hunc Democritus;,
per hunc flet Heraclitus.
Tragœdiæ, Comœdiæ
plorantur et canuntur.
O ſchnöde Frölichkeit/
Ridere muß gleich wider fort/
dann flere iſt nicht weit:
Dum ſaltas moto cubito
Ad aures venit ſubitò
Ein unverſehnes Leyd.

VI.

Ach wie nichtig / ach wie flüchtig / iſt der Menſchen Schöne/

Tyndaris ligt tod darnider/
durch die Marmorweiſſe Glieder
kriechen würme hin und wider.
Deformis ô formoſitas,
formæque larva vanæ;
Vultus et oris purpuram
abſtergit una febris.
Helenæ lacertos devorant
famelicæ lacertæ;
J, ſi placent cincinnuli,
calvamque cerne calvam!
Ihr ſchönes Angeſicht
hat offt die freundlich Helena
auff Paris hingericht.

Cadaveri da basium,
Qui te vocas Amasium,
Pfui Teuffel! stinckt sie nicht.

V.

Ach wie nichtig / ach wie flüchtig / ist der Menschen Stärcke.

Der deß Löwen Schlund zurissen/
und viel starcke Heer zerschmissen.
hat auch in das Graß gebissen.
Vah: fortitudo fortium
in Marte Morte languet,
De Samsonis Corpusculo
maxilla nulla restat.
Qui tot Phalanges terruit,
vincitur à puellâ,
A verme parvo roditur
Leonis ille ruptor.
Verachte kein Gefahr/
Nam Samson sic occubuit,
der sonst der stärckste war/
Aenigmate qui tumuit,
viros ferasque domuit;
Ist hin mit haut und HAAR.

VI.

Ach wie nichtig / ach wie flüchtig / ist der Menschen Ehre!

Trägt man dich deß Todes Strassen
wird der Bauer auff der Gassen
seinen Hut woll sitzen lassen.

Quan-

Quanta eſt Honorum Vanitas?
proh! Vanitas Honorum!
Superbe, criſtas abjice,
cras funus hinc migrabis!
Cum dormies ſub ceſpite,
quis pileum movebit?
Die Ehr thut vielen wol:
wie mancher iſt ſub Pileo
von Complimenten vol?
mox incidit in foveam,
(ne multa verba moveam)
Drey Schuch breit und ein Zoll.

VII.

Ach wie nichtig/ ach wie flüchtig/ iſt der Menſchen Glücke!

Schau die VJER an jenem Wagen
haben erſt vor wenig tagen
Kron und Scepter noch getragen!
Hinc inde ſors mutabilis
titubat, trepidat, vacillat.
Non firma ſtat, luſorias
miſcet ſubinde chartas.
Fortuna Reges dejicit
Rotâ rotæque jungit,
Vecti quadrigis ſplendidis
mutantur in quadrigam. †

† 4. Reges Seſoſtris currum trahentes.

For-

Fortunæ trau nicht viel:
Nam fallax est adultera,
gib achtung auff dein Spiel/
Est plena mille fraudibus,
Nullisque digna laudibus,
gibt Karten/ wie sie will.



VIII.

Ach wie nichtig/ ach wie flüchtig/ ist der Menschen Dichten!

Selbst Apelles will nichts gelten/
nichts ist mehr in seinen Zelten/
das ein SCHUSTER könte schelten.
Quid pingis hic, quid fingis hic;
O Artifex Apelles?
Mors delet omnes lineas,
Sutore non vetante:
Imaginem Proserpinæ
umbrasque nunc adumbras,
Diesque luges integros
Sine Lineâ perire.

Apelles ist nicht faul/
Respondet, quando carpitur,
Stans hinder einer Saul/
Ad ultimam nunc lineam
deveni, peto veniam,
Schweig/ Schuster halt das Maul!

Ach

IX.

Ach wie nichtig / ach wie flüchtig / ist der Menschen wissen!

Plato der durch Kunst vermessen
wie ein Gockhelhan gesessen/
ist schon längsten auffgefressen.
Lessum canunt Scientiæ
olentque vanitatem,
ubi Thales Milesius?
ubi Solon? Cleanthes?
Plato quot, ah! quot dentibus
laceratur in culinis;
Pascitque mille bipedes
implumis ille Gallus.
Plato potz Element!
Implumis ille Gockhelhan
hat auch die Füß verbrent.
Qui maximus est Nomine,
fecit tamen de Homine
ein schlimmes Argument.

X.

Ach wie nichtig / ach wie flüchtig / sind der Menschen Schätze/

Deinen Erben/ die schon lachen/
Müstu deine beste Sachen/
Und dem Tod die haut vermachen!

Avare

Avara mors te provocat,
citaris ad tribunal.
Occlude mox Aerarium,
jube valere nummos.
Jam scripta testamenta sunt?
Quæ scripta sunt, legantur:
Opes relinquo posteris.
Cutemque do chelydris!

Avare! Zehl dein Gelt/
Daß ante tuum obitum
Sey alles wol bestellt/
Quid hæres inter nummulos
migrandum est ad tumulos,
Flux pack dich auß der Welt!

XI.

Ach wie nichtig / ach wie flüchtig / ist der Menschen Herrschen/

Cæsar hat die Welt bezwungen;
Dannoch ist ihm nicht gelungen/
Daß er durch den Tod getrungen,
Verenda sceptra fortium
num cœca mors veretur?
Ictu labascit unico
Potentium potestas.

Augu-

Augusta sceptra Cæsaris
Angusta fossa condit.
Orbisque Victor subjacet
à morte victus orbi!

Cæsar ist auch schabab
Victoriasque nauseat,
legt Schwerd und Harnisch ab/
Qui semper armis strepuit,
Hastis & ense crepuit,
Quiescit in dem Grab.

XII.

Ach wie nichtig/ ach wie flüchtig/ ist der Menschen Prangen/
Der in Hochmuth gantz vermessen/
wie ein halber Gott gesessen/
muß jetzt Graß und Kräuter fressen. †
Quid quæso cristas turgido
hinc inde vertis ore?
Auro nitens & purpurâ,
instar Dei superbis?
Mugitus ille Regius
deterreat super-bos:
De tanto Rege non nisi
Vah! turpis est super-BOS.

Ein König über groß/
Qui semi-Deus vixerat,
sehr starck an Mann und Roß/
Iam campis vorat gramina,
Et jacet inter stramina,
ist schon ein alter Bos.

† Nebucadnedzar.

XIII.

**Ach wie nichtig/ ach wie flüchtig/
seind der Menschen Sachen/**

Nichts ist alles/ was wir sehen/
GOtt allein bleibt ewig stehen/
und sein Wort kan nicht vergehen.

Quam vana sunt, quæ vana sunt
& vana non putantur!
Quæcunque Phœbus adspicit,
sunt fluxa, sunt caduca,
Quicquid videmus, interit
à vanitate Mundi,
Solus Jehovah liber est,
& qui timent Jehovam.

In Orbe quicquid est,
Vah! Vanitatum vanitas)
In Orbe, dic, quid est?
Als lauter lauter Eitelkeit.
ist alles eitel weit und breit
IN ORBE QUICQUID EST!




Re-

REFORMIRTER EHREN-Preiß/

Darinnen die Hochgelobte Jungfrau Maria/

Die ihr von dem Jesuitter Jacob Balde angebottene göttliche Ehr / ihrem Kind JEsu/dem solche allein zuständig/ überreicht.



1.

Ach wie lang hab ich schon begehrt/
ô JEsu dich zu loben!
nicht zwar als wie du wirst verehrt/
im hohen Himmel oben:
diß wär umsunst/ mein schlechte Kunst/
blieb an der Harpffen hangen.
Und dieses Lied mußt ich gantz müed
tieff in dem Baß anfangen.

Quid indiserta Psaltria;
Quid, ah! Thalia tentas?
Cantare laudes IESULI,
Vix almus audet æther;
Impar reconde barbytum,
raucumque vespa murmur,
Rumpenda ni testudini
Vis immori Cicada.

2.

In Demuth sey von mir gegrüßt!
Nim gnädig an diß grüßen.
Von dem so viel der gnaden fließt/
was immer her mag fliessen.
du Vatters-Glantz und Ehren-Krantz
Von ihm zu uns geschicket/
Sein Ebenbild/ das zart und mild/
Auß deinen Augen blicket.

Sed

Sed mentis urget impetus,
Amor vetat silere,
Ave canende millies
& sæpius puelle,
Fons ô salutis inclyte,
Compendiumque Patris,
Quam pulcher est, tam pulcher es
Totoque spirat ore!

3.

Was in der Welt so manigfalt
ist schönes auß geflossen/
wird vor der göttlichen Gestalt
verworffen und verstossen.
die grosse Krafft den besten Safft
die fünfft Essentz der Gaben
soll GOttes Sohn im Himmels Thron
in voller Fülle haben.

Natura quicquid Dædalâ
digessit arte pulchri,
Hymettios per flosculos,
per Indicos lapillos,
Per clara Cœli sidera,
& aureos Planetas,
Hoc omne cedit JESULO,
pudetque comparari.

4.

Johannes ist/ O werthes Kind/
dir gantz nicht zuvergleichen/
und was ich guts an Isaac find/
muß eben also weichen.
Der Joseph zwar der schönste war
von Jacob außerkohren/
doch gegen dir und deiner Zier
hat er den Preiß verlohren.

Ab-

Abrâmus hunc ô viderit!
Et par Nepos Abramo!
Hic ridet, hic Isaacus est!
Clamaret Abrahamus.
Hic pulcher, hic Josephus est!
Iacobus intonaret:
Ulnis uterque Parvulum
Simonis invideret.

5.

Du grosser Fürst Immanuel!
den GOTT uns hat erwecket;
du starcker Held in Israel!
der alle Feinde schrecket/
deß Davids Blut und Helden Muth/
muß gantz vor dir verzagen/
der Sig gehört nur deinem Schwerd
was will ich lang viel sagen?
Hic est Leo Judaicus,
Hic ille victor orci,
Heros manu fortissimus,
Nullique comparandus!
Quam parvus est, tam magnus est,
Totumque replet orbem,
Latet (fides non fallitur)
Gygas in hoc puello.

6

Erfahren hat es Holofern/
der GOTT hat gleichen wöllen/
der Lucifer und Morgenstern
mit seinen schönen Gsellen/
du hast den Pracht zu nicht gemacht
der alt verfluchten Schlangen
dem Höllen-Fürst den Kopff zerknirscht/
daß ihm der Muth vergangen.

Hoc

Hoc ſenſit audax Lucifer,
Rebellis ara Ditis,
Non fabuloſi milites
à ſeculo Gigantes:
Subſtructiones improbas
Altiſſimo propinquas,
Et contumaces ſpiritus
Contrivit una planta.

7.

Selym erfuhr der Tyrann
vor 160. Jahren/
als er zu Meer mit Schiff und Mann
dem Abgrund zu gefahren/
der Türckiſch Hund dort wohl empfund
daß nichts mehr helff ſein Bellen/
hinumb herum getrieben umb
in Sturm und Waſſerwellen.

Et tu Tyranne Boſphoro
Egreſſe, ſterne pontum,
Claſſem viroſque compara,
Solum ſalumque inunda.
Ad inſulas ECHINADAS
(locum memento fati)
Ad inſulas ECHINADAS
miſceberis profundo.

8.

Das Meer der Stadt Corintho gantz
mit Blut war überloffen/
dem Baſſa hat auch eine Lantz
was lebendig getroffen;

der

der stoltze Mond neblicht zur Stundt
wann er das Creutz erblicket
das güldne Creutz/ das hinter seits
den Christen Hülff zuschicket.
Tabo rubebunt vortices
Nocentiore tabo,
Quam Nessus è præcordiis
Stillavit interemptus,
Crux hanc dabit victoriam,
Huic Luna cedit uni,
Hæc Christiani militis
Et cassis est et umbo.

9.

O Sulamith! hier ist dein Freünd/
Den deine Seele liebet/
Den du deß Nachts/ wann Luna scheint/
offt suchest gantz betrübet/
was wiltu lang mit schnellem gang
durchlauffen alle Gassen/
du kanst ihn hier/ vertrauen mir/
In hertzens lust umbfassen.
Quid, Sulamita, millies
albâ nitente Luna
Anhela nocte saxeas
perambulas plateas?
Quid inquieta lectulo
discursitas relicto?
Hîc, hîc tuus dilectus est.
εὕρηκα siste gressum.

10.

Laß Salomon dich tausendmal
in deiner Senffte tragen/

Laß

laß sie mit Silber überall
und feinem Gold beschlagen.
Laß deinen Schmuck und güldenes stuck
mit Perlen über setzen;
so wolt ich doch mein JESUM noch
ohn maß weit höher schätzen.

Ornate Regi lecticam
Argenteis columnis,
Auroque tota luceat,
Et purpurâ nitescat:
Ornastis? hoc non sufficit;
Ornatiore Cultu
Ornatus est Rex Gloriæ,
Huic pompa cedit omnis.

II.

Was soll ein bloser Schatten sein/
nur ein Figur der Alten?
hier gegen diesem Sonnenschein
das Feld kanst nicht behalten.
Ein Engel sag/ so viel er mag
und hör nie auff zu schreiben;
doch wird darob allzeit vom Lob
das meist ihm überbleiben.

Lucente Sole frigidæ
dudum peristis umbræ,
Cum Veritas effulserit,
facessit hinc figura,
Dicat IESUM Cœlites,
Et siderum Choraulæ,
Cum dixerint ter omnia,
Dicenda plura restant.

Man

12.

Man sicht um sein glorwürdigs Haupt
Sechs Cherubinen schweben/
Dann ihnen ists allein erlaubt/
dasselbig umbzugeben/
Kein Schwerd kein Stab/kans treiben ab/
Hir wollen sie verharren.
Sie liessen eh der Himmel zwee/
ja samptlich alle/ fahren.

Caput Corona IESU LI
Coronat Angelorum,
Hîc excubant Sex Cherubim,
hîc excubare gaudent.
Seu jusseris, seu truseris,
non dimovebis unguem,
Prius migrabunt æthere
quam deserant JEHOVAM.

13.

Ihr gröste Freud und Hertzens-Lust
Ist/ diß Gesicht anschauen/
Den Mund/die honig-süße Brust/
die Augen/und Augbrauen/
Der Wangen Feld gantz überstellt
mit Lilien und Rosen/
die süße Red/die von ihm geht/
ist freundliches Liebkosen.

Hæc ora, frontem, lumina,
Has areas genarum,
Hunc undiquaque splendidum
Cœli videre solem,
Hæc labra labris tangere
Iesumque basiare,

Est ſuavitatum ſuavitas,
quin eſt Olympus ipſe!

14.

Die ſchwartze Zier der Augen gleicht
Den keuſchen Turteltauben/
und deinen ſüßen Brüſten weicht
der Wein auß Cypris Trauben/
Du Hyacint von keiner Sünd
beflecket noch beladen.
deß Adams Gifft das alle trifft
hat dir nicht können ſchaden.

Nigri micant ocelluli
Certantq; cum Columbis,
Fœcunda vitis Cyprio
jucundior Lyæo:
Illime ſemen Abrahæ,
Tu, labis omnis expers,
Primi Parentis toxicum
Tantum Medendo nôſti.

15.

Weiß-Roth/ ſoll deine Farbe ſein/
als der die Fahnen führet/
dein Haar ſchwartz-krauß/und iſt auch fein
mehr als das Gelb gezibret/
der es entfärbt hats nicht verderbt
will nur die Zier vermehren/
viel ſchöner ſeys/ auff diese weiß/
der Augen ſchein thut lehren.

Dilecte ſponſe candicas,
Candensq; purpuraſcis
Et per Nigellum verticem
Criſpi volant capilli
His dum micas coloribus
multis decore formis,

For-

Formæ tuæ miraculum
auxisse te videmus,

16.

Der Narden Salben edler Safft/
auff dein Haupt außgegossen/
der mit verwunderlicher Krafft/
von deinem Haar geflossen/
muß dannoch dir/ du Himmels-Zier/
an Liebligkeit nach weichen.
dein Nahme doch riecht stärcker noch
kein Balsam kan ihm gleichen.

JESU, tui dulcedinem
dulcemq; suavitatem
Cum nominis suavissimi
in corda nostra fundis,
Tunc Balsamum, tunc cinnamum
Tunc cortices cilissi,
Tunc nardus est, & omnium
Effusa vis odorum.

17.

Der Mond hat allen seinen Glantz
von seiner lieben Sonnen/
hat alle Monat sein genands
quilt her auß disem Bronnen
wann seinem Hauß der Schein geht auß
muß er iu Armuth leben/
biß widerumb die Sonne komm
die muß ihm wider geben.

Argenteæ fax Cynthiæ
á fratre nonne lucet?
Fulgoris hic precarij
Cum sat dedit Sorori,
Et illa plenis Cornibus
Ulciscitur tenebras,

Tum frater illi subtrahit
Quadramque sportulamque.

18.

Weit anders ist das Firmament/
das Jesu in dir leuchtet/
deß Mondes schein nimt offt ein End/
wird tröpffleins weiß befeuchtet/
du du Planet von Nazareth/
du heller Stern der deinen/
du bist der Stern/der nah und fern
pflegt ewiglich zu scheinen.

Aliud JEHOVA sidus es,
Alius Planeta Jesu.
Quis vidit in te nubila?
quis menstruos pavores?
Lunaticas quis vertebras?
Spasmosque febrientes;
Tu Luna, Tu Fax sonticos
pellis fugasq; manes.

19.

Gantz Tonnen Sonnen seind in Dir
gantz Million voll Sonnen/
ô außerwehlte Himmels-Zier/
da alle Liechter wohnen/
dein heller Schein bricht frölich ein
mit seinen liechten Strahlen.
die überall durch Zions-Thal
das grüne Feld bemahlen.

Quot lampades, quot ignei
In te micant Pyropi!
Tot solibus circundate
quot fers, Olympe, stellas.

In-

Intus foriság; Lumen es,
Infra supraq́; Lumen,
Compone, quod vis, vinceret
Soles Iesus omnes.

20.

O grosser König zart und schön
vor tausend außerwehlet/
Was für ein Festtag wird begehn/
die dir einmahl vermählet!
was wird die Braut/ die dir vertraut
vor ein Gesang anstimmen?
Sie wird in Freüd und Süssigkeit
gleich einem Meer-Fisch schwimmen.

ô ter quaterq́; dixerim
ô centies beatam!
Huic regio quæ Filio
meretur esse sponsa!
Perfusa mille gaudiis
medullitusq́; pota,
Ut piscis innans æquori,
efflabit ore nectar!

21.

Ist euch was schönes angenehm/
wolt ihr nach Keuschheit fragen?
die Töchter zu Jerusalem
einhellig alle sagen/
und heben drauff zwey Finger auff/
das (und setz zu bekommen)
mein JEsus frey/ der schönste sey/
nicht einen außgenommen.

Cui Castitatis Lilia
Crevere cordis agro,

Si fortè castum concupis
Puella casta sponsum
Audi quid omnes Filiæ
omnes canant puellæ:
Pulcherrimo, castissimo
Puella nube Christo.

22.

Ihr fromme Mägdlein rüstet euch
ihr kluge Fünff Jungfrauen/
ihr werdet bald gantz frewdenreich
den Bräutigam anschauen.
villeicht wird er heint ungefehr
umb Mitternacht rinzihen.
Ich sehe schon an seinen Thron
die Sternen vor ihm fühen.

Prudentiores Virgines
quinæ piæ puellæ
Vêstras parate Lampades,
Tædas parate vestras
Præsente forsan horulâ
vel horulæ quadrante
Repente Rumor afferet
vestrum venire sponsum!

23.

Nur Jesum lieb/ dem solt du dich
mit Leib und Seel verschreiben
der Bräutigam/glaubs sicherlich
wird nimmer lang außbleiben
das Hochzeit-Kleid/ist schon bereit
begehr die Farb auß allen/
das Himmel blau/gen Himmel schau
soll einig dir gefallen.

Quod ſuadeo; quod occino;
Ne ſpreveris ſodalis
Contempſeris fors cætera
feram, feram, quid ad me?
Hoc unicum quod ſuggero
ſacrum memento ſacrum
Amabis hunc, amabis hunc
Sodalis hunc amabis.

24.

Maria hat den beſten theil
in dieſem Schatz erwöhlet
Mariæ theil iſt aller heyl
ders hat nit wohl verfehlet
wer diſen hat iſt immer satt
kan nimmer mangel leiden/
kan gut und geld in dieſer welt
mit klugem ſinn vermeiden.
Maria mirè perſpicax
in rebus eligendis.
Elegit hunc è millibus
prudentiore voto.
Aſſem Maria nobilem
hæreditavit aſſem;
Aſſem profectò divitem
mundoq; dividendum,

25.

O das auff Erden noch ſo viel
der Jeſus-Diener wären/
die einig hätten diſes ziel
dich Jeſu zu verehren!
Und ſchenckten dir all ihr begihr
Luſt/ Hoffnung/ Freud und Schmertzen/
Ja ſelbſten ſich gantz inniglich
mit unverfälſchtem Hertzen.

Ro-

Romana ſeptem montibus
meretrix ſuperba, tecum,
Irâ flagrans juſtiſſimâ,
Expoſtulare cogor:
Stolata clauſtra fluctuant
Tot mille Ieſuitis,
Sed nullus é tot millibus
amat colitq; IESUM,

26.

Ich greiff zum End/ laß allgemach
(Ade) die Seiten lauffen!
der weiter will/ thu zu der Sach/
laß auch ein Harpffen kauffen/
ſchlag ſelber auff nur wacker drauff
mit ſeinen Hertz-vertrauten
ſing diß Geſang ſein lebenlang/
iſt über ſieben Lauten.

Nos verò portus reſpicit,
Chordas Thalia laxat.
Qui volvis hæc, teſtudinem
vis provehi? parabis,
Et lude per nox, perdius,
nec ante fata pauſa,
Hunc Orpheum, quid hæſitas?
vel Cœlites probabunt,

27

Spiel auff was Seiten rühren kan/
ich will euch all auffmahnen!
will alle meine Adern dran
für Seiten laſſen ſpannen/
geſetzt/ daß ein groß oder klein
Quint oder Sext thät ſchnellen

man

man wird dir schon / dein schlager-lohn
im Himmel baar herzeblein.

Quod purioris ingenî,
Quod mentis eliquatæ,
Quod artis est, quod virium,
Vocisq; gutturisq;
Impende nostro Iesulo,
nil altius canetur.
Fatiscerent arteriæ?
has integrabit olim!

28.

Wanns diese Meynung hat / so schlag
hiet auff der Kunst zu singen /
die gantze Nacht / den gantzen Tag /
solt Harpff und Hertz zerspringen.
Ich lasse dich / mein JEsu! sprich /
in allen Sachen walten:
mein Seel und Leib / ich dir verschreib
es ist und bleibt im alten.

Stat ergò rupe firmius,
Cantare Stat Jehovam!
Succumbat ars, cor excidat,
Cantare Stat Jehovam!
Alauda rumpat tinnula,
Cantare Stat Jehovam!
Et vivus hunc & mortuus
Implevero laborem.

29.

Ihr Töchter Zion geht herbey /
wolt ihr was schönes sehen.

Secht meinen Liebsten ohne Scheu/
in seinem Pracht da stehen/
sein Haubt ist gantz von hellem Glantz:
mit einer Kron umbfangen/
in disem Pracht soll er mit Macht
an seiner Hochzeit prangen.

Huc huc Sionis Filiæ
pulcherrimæ venite,
ô Filiæ Ierusalem
pulcherrimum videte!
Vertex superbit gemmeâ
& aureâ Coronâ,
Hac Mater illum splendidis
In nuptiis coronat.

30.

Hinweg mit dir du Menschen-Gstalt
mit Milch und Blut gewaschen/
die letzlich welck wird/und veralt
zu lauter Staub und Aschen:
All euer Pracht wird nur verlacht/
wird ihm sein Lob nicht mindern;
er glántzt herführ mit seiner Zier
vor allen Menschen-Kindern.

Argentei Narcissuli,
Vos aureiq; pupi,
Vos comtuli tenerrimi
Cincinnulis superbi,
Præbete IESU Lauream;
hic solus est venustus;
Vos Ceræ, larvæ, simiæ,
Vos umbra, bruma, struma

31.

Hinweg mit alter Ubbigkeit/
die niemand wohl gelungen/
sie bringt doch nichts als Hertzenleyd/
wie ich schon offt gesungen/
ein Liebes-Pfeil wird in der Eil
dir plötzlich zu geschossen.
O sih dich für/damit nicht dir
das Hertz werd abgestossen.

Procul sit omnis Vanitas,
quæ neminem beavit,
Centum strophis ceu victimis
Proserpinæ litata;
Et cominus vel eminus
Cupidinem ferentes
Lerho graves non felleo,
sed melleo sagittæ.

32.

Ich sag hiemit den Parcen ab/
die mir bißher gesponnen/
bey denen ich an meinem Grab
nicht sonders viel gewonnen/
Falsch und Untreu sind ohne Scheu
sie mit mir umbgegangen/
Es wird umbsonst an ihrer Gsponst/
mein armes Leben hangen.

Et quas Sorores dicimus
Parcas, sed unde Parcas?
Ah! Nemini dum mundus est
Perperiit ulla Parca.

Si-

Simoniæ re, Nomine
fuso, colore fusi.
Vivat Redemptor, imperet!
Vos ite, & interite!

33.

Diß sey/ O JEsu/ dir vertraut
von Tag zu Tag der Jahren/
der dir vertraut/ hat wohl gebaut/
die deinen diß erfahren/
in letzter Noth/ und bittern Tod/
wollst du mich nicht verlassen/
vertreib die Nacht/ durch deine Macht
wirds jeder wohl bedörffen.

Hôc ergo spes meas sinu,
hoc abdidiq; vota,
Queis tutiora mœnibus
serventur aut asylo?
Testantur hoc et prædicant,
Iesu, tui sodales.
Cum mortis hora venerit,
da clausulam beatam.

34.

Wann dann die Kranckheit wird
zu schwehr
daß ichs nicht mehr kan leiden/
soll mir die Clotho nimmermehr
das Lebens-Trum abschneiden/
dein schöne Hand/ dein milde Hand/
(weill ihr die Stund verloffen)
schneid oder halt/ wie dirs gefalt/
sonst ist es auß mit Hoffen!

Cum

Cùm lectus uret ultimus,
Cum morbus ingravescet,
O! nulla præstò, nulla sit
de tristibus Deabus!
Tu jura vitæ tempera,
Coliq; fila tracta.
Vel Proroga vel abroga;
utrinq; sum paratus.

35.

Wann mein Verstand sich nit besint/
die Augen nimmer wachen;
vom Leib der kalte Todts-Schweis rinnt/
die müde Beine krachen/
dein schöne Hand/ dein milde Hand/
O JEsu außerkohren/
schneid oder halt/ wie dirs gefalt/
sonst ist es alls verlohren.
Cum jam meabit Spiritus
labro sedens supremo,
Lethoq; nabunt lumina,
artus gelu rigebunt,
Et ossa magno concident
Fragore, cor dehiscet:
Migrabimus, manebimus,
quod jusseris, placebit.

36.

Wañ ich nun Sinn- ũ Sprachloß bin
und jederman wird sagen:
Jetzt hatt ers gar/ jetz ist er hin/
man merckt kein Pulß mehr schlagen/
Dein schöne Hand, dein milde Hand/
O Leben meines Lebens:

Schneid


Schneid oder halt/wie dirs gefallt
sonst ist mein Sach vergebens.

Cum quinq́ sensus fugerint,
Præsensq́ turba dicet,
Obivit hic, abivit hinc,
ponendus in sepulchrum.
Tu Christe spes mortalium,
vitæ necisq́; præses,
Impelle me, vel sustine,
sic stabo, sic jacebo!

FINIS.

Ad Candidum Lectorem.

Ad præoccupandam Calumniatorum protervîam, sciat benevolus Lector, me hujus ODæ non esse Authorem, sed Correctorem, non formatorem, sed Reformatorem; non enim laborem hunc pro meo vendo, sed is fuit meus scopus, ea intentio, ut elegantem hanc aliàs odam ab idololatricis Jesuitæ blanditiis, quibus Mariæ, divinos ipsi honores tribuendo, blanditur, purgarem, eosq́ Christo, cui soli talia competunt, redderem, & ad illius Personam dirigerem.



Contra Macilentos.

1.

Vah! ludicrum ſpectaculum!
Miſelle mi Philéta,
mox curre, venti murmurant,
pedes tuere plumbo.

Es kompt ein Wind / du muſt geſchwind
Bley an die Sohlen ſchlagen/
ſonſt wird er dich ſtracks überſich/
hoch in die Lufft hintragen.

2.

Quid fronte rugas contrahis?
Vah! umbra quid ſuperbis?
Jmago mortis oſſea
Cutisq́ plena rugis!

Du Runtzel-Stirn/hast Mäuß im Hirn?
was wiltu mich lang pochen.
du ſchöne Zier/was iſt an dir
als lauter dürre Knochen;

3.

Quorſum miſer circumſpicis,
Hoſtes vides tremendos.
Patesq; Ventis omnibus
Tritonis inſtar alti.

Wo dein Geſicht ſich nur hinricht/
kanſt deine Feinde ſehen/
du Wetter-Hahn/der nirgends kan
von Winden ſicher ſtehen.

Nec

4.

Nec es caro, nec sanguis es,
sed osseum cadaver;
Quin vix valebis mortuus
parvos cibare vermes.

Kein tröpflein Safft/ kein Fleisch noch Krafft/
kan unß dein Cörper weisen/
kombst du ins Grab/ und bist schabab/
so kanst kein Würmlein speisen.

5.

Lubens abibit Spiritus
è vinculis molestis,
Gaudetq; quod non amplius
Captivus hîc tenetur.

Wie wird dein Geist/ doch allermeist/
mit freüden auß dir fliegen/
Er mag nicht mehr so hart so sehr
In dir gefangen ligen.

6.

Sed ecce nostri corporis
palatium decorum,
In hoc meus se spiritus
delectat ambulando.

Sich mich nur an/ wie ich da kan/
als ein Pallast mich setzen/
mein Geist kan hier/ in höchster Zier
Spatzirend sich ergötzen.

7.

7.

Herbas vides & plantulas
meas timere plantas,
Calcata tellus ingemit,
tantâ gravata mole.

Es förchten mich/ und ducken sich
vor mir die zarten Pflantzen;
die Erde wil nicht halten still/
wann ich auff ihr wil Dantzen.

8.

Pingues amamus anseres,
Macros coquus relegat,
Tu-met(nec hoc negaveris)
Pingues amas alaudas.

Ein jeder Koch kan besser noch
die fette Gänß verschneiden/
du selber auch/du dürrer Gauch/
kanst fette Lerchlein leiden.

9.

Gallina pinguis charior
Et maior æstimatur,
Tres ossei passerculi
Nummo parantur uno.

Die Henn gilt mehr/weñ sie ist schwer/
man läßt sie nicht lang lauffen.
Ein Pfenning kan von jederman
drey dürre Sperling kauffen.

10.

Discede, ne, dum fortior
procedit ore flatus,

Tu

Tu procidas, & ſpiritum
Effles, vel oſſa frangas.

Lauff lauff geſchwindt / es wird ein Wind
auß meinem Mund erſchallen /
du möchteſt ſonſt / von ſeinem Dunſt /
gar ſchnell zu Boden fallen!

ODE

In Laudem Philomelæ optimæ Cantricis decantata.

I.

Anni juventus diſcolor
Pubeſcit in roſetis,
Ver floridum Smaragdinis
vireſcit in viretis.

Der güldne Lentz / deß Jahres Printz /
Iſt widerumb erſchinen /
der Felder plan fangt wider an /
als ein Schmaragd zu grünen.

2.

Floræ leves Tibicines
per hortulos ſuſurrant,
Mel colligunt è floſculis,
Aves laborioſæ.

Der Imen-Hauff / ſpihlt luſtig auff /
als gieng es auff Trompeten /
vor deren Fleiß und ſtrenger weiß /
ein Fauler muß erröthen.

Ca-

3.

Canendo certant oſcines,
anguſta colla pandunt
Concors ſonat diſcordia
Latosq́ replet argos.

Der Vögel-Klang / und Wald-Geſang /
ermundert ſchier die Todten /
ſie ſingen dir mit ſolcher Zier /
als gieng es auß den Noten.

4.

Tu ſola voce cœlicâ,
Philomela, vincis omnes,
Si mille certent oſcines
Tu ſola vincis omnes.

Doch iſt kein Schall / o Nachtigall /
dem deinen zu vergleichen /
wann deine Zung / kompt in den Sprung
ſo müſſen alle weichen.

5.

Cantu tuo jam millies
me mane provocâſti,
Tandem (: licet ſim Marsyas :)
Tecum canendo certo.

Du fangſt ſchon an / eh noch der Hahn /
des Morgens pflegt zu Krähen /
ich kan es dir du Wälder Zier /
nicht länger überſehen.

6.

Pugnâ licet me viceris
Laurum tamen reporto. Lau-

Laudemq; multam consequor
Tuas canendo laudes.

Fang an den Streit/ wir wollen heut
eins in die Wette singen/
ob ich erlig/ wird doch dein Sig
mir Ehr zu wegen bringen.

7.

Magistra tu doctissima
Sylvestris es Capellæ,
Nec suaviores invenit
phonascus ullus odas,

Du must allein Regentin sein/
die Wald-Capel regieren/
kein Componist/ wie gut er ist/
kan schöner Componieren.

8.

Ad regna si Proserpinæ
post Orpheum venires,
Conjux videret Orphei,
bis liberata, lucem.

Wann Orpheus Spiel so wohl gefiehl
dem Reich/ dar Pluto pranget/
er hätt sein Weib mit Seel und Leib
zum andern mal erlanget.

9.

Thracis licet sævissimi
crudele cor queraris;
Thracis tamen sævissimi
Mulcere cor valeres.

Wird

Wird Thereus dann dein Schwester Mann
zur Grausamkeit beweget/
da deine Stimm doch auch den Grimm
der wilden Tiger leget.

10.

Quin ipsa tu Sororii
scelus querendo deles,
mutamnè quisquam diceret
tam suaviter canentem.

Sag aber mir/ wie hat er dir
die Zunge können rauben?
wie schön doch singst/ wie lieblich klingst/
ich kan es schwehrlich glauben.

11.

Sub noctis umbrâ languidæ,
Toto silente mundo,
Tu sola lachrymabiles
Vigil moves querelas.

Wann in der Nacht kein Mensch mehr wacht/
und nur die Sterne scheinen/
beklagstu dich so jämmerlich/
daß ich mit dir möcht weinen.

12.

Respondet Echo duplici
suspirio gementi,
Sui memor NARCISSULI
Tecum gemendo certat.

Der Echo Schall/ und Wider-Hall/
verdoppelt deine Klagen.
Sie will allein dein Tröster sein/
kein Leyd dir helffen tragen.

13.

Sunt gratiores auribus
vocis tuæ querelæ
Quam ſiſonarem Phyllidos
Lyrâ tremente laudes.

Dein Klag-Lied doch/ klingt schöner
noch/
als nehm ich eine Lauten/
und spielte lang/ ein schön Gesang/
vor meiner Hertz-vertrauten.

14.

Nunc lachrymoſo gutture,
Longam trahis querelam,
Lento deinde murmure
varias rotasq; cantum.

Bald fangstu an/ auff ebner Bahn/
die Stimm hinauß zufübren/
bald krümbt sie sich/ kan meisterlich
und lieblich coloriren.

15.

Nunc largiore chromate
Torques vibrasq́ vocem,
Deinde conciſam premis
miſcens breves Epòdos.

Bald singstu krauß/ gehst frey herauß/
kanst deine Triller schlagen/ bald

bald singst Pian, fangst wider an/
mit schwacher Stimme klagen.

16.

Nunc grandiori murmure
crassum sonas Tenorem,
Argutulâ nunc lingulâ
resonante clangis aurâ.

Bald steigt empor der starck Tenor.
bald muß er wider fallen;
dann singstu rein/so zart und fein/
daß Berg und Thal erschallen.

17.

Vocem modo mirabili,
Intendis & remittis
Pausando paulò supprimis
rursusq; fers in altum.

Mit sonderm Fleiß/und schöner weiß/
kanstu die Stimme zwingen/
kanst wie man will/ bald laut bald still/
bald hoch bald nider singen.

18.

Sylvæ stupent & arbores,
moventur ipsa saxa,
Deponit Orpheus barbytum
& victus erubescit.

Der Bäumme Zier/erstaunt ob dir/
du kanst die Stein bewegen/
der Orpheus will/ auch schweigen still/
die Harpffe nicht mehr regen.

Son-

19.

Sonora cedant organa
Doctis movenda nervis,
Si mille voces ederent,
hæc una vincit omnes.

O! Organist dein Lob verlischt/
laß all Register brummen/
der Blas ist auß/ schweigt wie ein Mauß/
die Orgel mus verstummen.

20.

Cedant canora Tympana,
Tubæq; Tibiæq;,
Hæc una vincit Tympana,
Tubasq;, Tibiasq;.

O Nachtigall/ dein edler Schall/
klingt schöner als Trompeten/
dein süsser Chor geht weit noch vor
den Zimbaln und den Flöten.

21.

Tacete cunctæ Psaltriæ,
Testudines tacete,
Lyræ tacete garrulæ,
Chordæ tacete mutæ.

Der Lauten-Klang kan deinem Gsang
bey weitem sich nicht gleichen/
ein Citharist/ wie gut er ist/
muß deinen Trillern weichen.

22.

Salve, valeq; millies,
Philomela bella salve!


aüresq; cantu melleo
mulcere perge nostras.
Fahr fort und sing/ sey gueter ding/
es wird dirs niemand wehren/
sing immerzu/ sing ohne Ruh/
kein Mensch wird dich verstören.

23.

Victus tibi spontaneam,
Philomela trado palmam,
Sum victus; ecce, languidam
cantu lyram fatigas.
Nun ich erlig/ dein ist der Sieg/
ich bin auch nicht darwieder/
ich bin gantz müd/ von diesem Lied/
und leg die Laute nider.

24.

En jam remitto fervido
nervos Labore fessos,
Laxæq; Chordæ dissonant,
sunt rupta fila, pauso!
Die Finger sind/ nit mehr geschwind/
sie werden nur gezwungen/
ich kan nicht mehr/ weil ohngefehr/
die Quint entzwey gesprungen.



EPIGRAMMATUM
CENTURIA PRIMA.

I.

In Pseudo-Christianos.

SI colit Is rectè Christum, qui se *abnegat* ipsum;
Christicolas plures quis nisi Mundus habet?
Nomine nam Christi se quisq; fatetur amicum,
Sed nomen factis abnegat ipse suis.

2.

Quia homo Deus esse voluit, ô Altitudo!	*Deus homo factus est. ô Profunditas!*

Esse Deus voluit Pulvis, (proh! vota superba!)
altius an quæso scandere posset humus?
Ut voti fieret compos DEUS est Homo factus,
ô Animo nimium mira profunda meo!

Septem Christi verba in Cruce.

I.

Pater remitte illis, &c.

3.

Hostibus ergo tuis veniam petis? haud ita miror,
Hostis eram, pro me cùm morerére, tuus! *Rom.* 5.

2.

Hodie mecum eris in Paradiso.

4.

Quàm blandè spondet Paradisi Regna Latroni,
Parcite Latrones dilacerare latus!

3. & 4.

Ecce Filius tuus: Ecce Mater tua!
Deus meus, quare me dereliquisti?

5.

Dat Viduæ Natum Matri, Matremque pupillo,
SE miserum queritur deseruisse *Patrem*!

5.

Sitio.

6.

Fons Vitæ es vivus, post mortem flumina fundis,
Non tua Te vexat sed peregrina sitis.

6.

Consummatum est.

7.

In Cruce cùm moriens perfecerit omnia Christus,
non erit ulla operi vis tribuenda tuo.

7.

Pater in manus tuas, &c.

8.

Commendas animam Patri moriture Redemtor,
Suscipe, cùm moriar, Tu quoque sponte meam.

9.

In Christum patientem.

Nulla Tibi vox est patienti, nulla querela,
Constringunt sensus hinc Amor, inde dolor.

10.

In Matrem sub cruce stantem.

Exemplar Nati, Mater pingente dolore,
dici crux, clavi, lancea, spina potes,
Perque latus fossum commisto sanguine manans,
largius ex oculis defluit, unda, tuis.

11.

Crucifige.

Jam moribunda jacet, contrito vertice, serpens,
Lingula *pungit* adhuc dum, *crucifige*, sonat. *Gen. 3.*

12.

Latro in Paradiso.

Reclusi ingreditur Paradisi septa CAINUS,
expulsus sequitur lætus ADAMUS eum.

13.

Medicus Serpens æneus.

Cultus ab antiquis serpens Epidaurius olim
Herbis morborum sustulit omne genus.
Aspice nunc Medicos nummis atque ære coruscos,
Quisque tibi serpens *æneus* esse potest.

14.

In Romam Sacram.

Auri sacra fames Romano regnat in orbe;
Auri ut *sacra* fames, sic quoq; Roma *sacra* est.

15.

Pulicis Epitaphium.

Ad Generum Cereris sine cæde & sanguine pauci
Descendunt Reges & *siccâ* morte Tyranni.

16. Bre-

16.

Breve Fortunæ Elogium.

Laudatur ab his, culpatur ab illis.

17.

Fortuna de ſeipsa.

Crede mihi, Virtus non eſt me major in orbe,
Virtutem ſequitur ſi comes invidia.

18.

In Mulierem formoſam quidem ſed rixoſam.

Altera cùm poſſis formâ Philomela vocari,
Nemonè. qui *Linguam* demere poſſit, adeſt?

19.

In Somnolentum.

Ut memor eſſe queas mortis, noctesque diesque
dormis, nam ſomnus mortis imago tibi eſt.

20.

In quendam invidum.

Haud falsò quereris, te nulla *remota* videre,
Inviſus cùm ſit *proximus* ipſe tibi.

21.

Poëta per Αναγρ. *Epota.*

Epota Calicem ſi vis bonus eſſe Poëta,
Vena fluit nunquam, nî quoque Vina fluant.

22.

In poëtaſtrum quendam ſuperbum.

Vatibus hic mos eſt res raras fingere, temet
dum Vatem fingis, fingere rara potes.

23.

Poësis, Musica, Ars pingendi.

Delectat pictura oculos, placet auribus Orpheûs,
Sed penetrant animum carmina diva sacrum.
Fastidit cæcus picturam, barbyta surdus,
Carmina sed cæcus, carmina surdus amat.
Imbre perit pictura, sonus vanescit in auras,
Post Vatem vivunt carmina sera suum.

24.

In Poëtam dissolutum.

In prosâ vivis, vitam ducendo *solutam*,
Cur tua tàm durâ carmina lege *ligas* ?

25.

In Obitum boni Poëtæ.

Dignus eras seros vitam *producere* in annos,
heu! cur *corripuit* stamina Parca tibi ?

26.

Osculatio Rustica.

---- ---- ---- Tu Tityre lentus in Ulnis
Formosæ, resonare doces tua basia dentes.

27.

In Virginem formosam.

Da faciem mihi, Virgo, tuam, da labra genasque,
si nequeo ptopriâ fronte placere tibi.

28.

In Eandem.

Non est cæcus Amor, nostros qui cepit ocellos,
pulchra es, ô verè pulchra puella nimis !

29.

In formosam & divitem.

Materiæ largæ juncta est pulcherrima forma,
Compositum quævis Physica tale probat!

30.

In Amicam duram nimis.

In rigidum tua si mutâsti pectora *ferrum*,
Nostra in *Magnetem* pectora versa volo,

31.

Virtus post nummos,

Quæ, qualis, nemo quærit, sed quanta puella?
Vis Amor esse potens? AUREA TELA VIBRA.

32.

In Puellam ob paupertatem spretam.

In gremium *fulvo* descendat Iupiter *imbre*,
Virgo, tuum, mittet tunc tibi Iuno procos.

33.

In deformem quidem sed facundam.

Difficilis quamvis *formam* Natura negavit,
Rhetorica hæc pensat damna *figura* tibi.

34.

Ad Germaniam Adhortatio.

Cum Petro tandem lachrymas Germania funde,
jam cecinit *Gallus*, jam vigilare decet.

35.

Fur suspensus.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Fusus Ego infelix hæc quoque pensa traho.

Laudemq; multam consequor
Tuas canendo laudes.

Fang an den Streit/ wir wollen heut
eins in die Wette singen/
ob ich erlig/ wird doch dein Sig
mir Ehr zu wegen bringen.

7.

Magistra tu doctissima
Sylvestris es Capellæ,
Nec suaviores invenit
phonascus ullus odas,

Du must allein Regentin sein/
die Wald-Capel regieren/
kein Componist/ wie gut er ist/
kan schöner Componieren.

8.

Ad regna si Proserpinæ
post Orpheum venires,
Conjux videret Orphei,
bis liberata, lucem.

Wann Orpheus Spiel so wohl gefiehl
dem Reich/ dar Pluto pranget/
er hätt sein Weib mit Seel und Leib
zum andern mal erlanget.

9.

Thracis licet sævissimi
crudele cor queraris;
Thracis tamen sævissimi
Mulcere cor valeres.

Wird

Wird Thereus dann dein Schwester Mann
zur Grausamkeit beweget/
da deine Stimm doch auch den Grimm
der wilden Tiger leget.

10.

Quin ipsa tu Sororii
scelus querendo deles,
mutamne quisquam diceret
tam suaviter canentem.

Sag aber mir/ wie hat er dir
die Zunge können rauben?
wie schön doch singst/ wie lieblich klingst/
ich kan es schwehrlich glauben.

11.

Sub noctis umbrâ languidæ,
Toto silente mundo,
Tu sola lachrymabiles
Vigil moves querelas.

Wann in der Nacht kein Mensch mehr wacht/
und nur die Sterne scheinen/
beklagstu dich so jämmerlich/
daß ich mit dir möcht weinen.

12.

Respondet Echo duplici
suspirio gementi,
Sui memor NARCISSULI
Tecum gemendo certat.

Der Echo Schall/ und Wider-Hall/
verdoppelt deine Klagen.
Sie will allein dein Tröster sein/
kein Leyd dir helffen tragen.

13.

Sunt gratiores auribus
vocis tuæ querelæ
Quam ſiſonarem Phyllidos
Lyrâ tremente laudes.

Dein Klag-Lied doch/ klingt schöner
noch/
als nehm ich eine Lauten/
und spielte lang/ ein schön Gesang/
vor meiner Hertz-vertrauten.

14.

Nunc lachrymoſo gutture,
Longam trahis querelam,
Lento deinde murmure
varias rotasq; cantum.

Bald fangstu an/ auff ebner Bahn/
die Stimm hinauß zuführen/
bald krümbt sie sich/ kan meisterlich
und lieblich coloriren.

15.

Nunc largiore chromate
Torques vibrasq́ vocem,
Deinde conciſam premis
miſcens breves Epòdos.

Bald singstu krauß/ gehst frey herauß/
kanst deine Triller schlagen/ bald

bald singst Pian, fangst wider an/
mit schwacher Stimme klagen.

16.

Nunc grandiori murmure
crassum sonas Tenorem,
Argutulâ nunc lingulâ
resonante clangis aurâ.

Bald steigt empor der starck Tenor.
bald muß er wider fallen;
dann singstu rein/so zart und fein/
daß Berg und Thal erschallen.

17.

Vocem modo mirabili,
Intendis & remittis
Pausando paulò supprimis
rursusq; fers in altum.

Mit sonderm Fleiß/und schöner weiß/
kanstu die Stimme zwingen/
kanst wie man will/ bald laut bald still/
bald hoch bald nider singen.

18.

Sylvæ stupent & arbores,
moventur ipsa saxa,
Deponit Orpheus barbytum
& victus erubescit.

Der Bäumme Zier/erstaunt ob dir/
du kanst die Stein bewegen/
der Orpheus will/ auch schweigen still/
die Harpffe nicht mehr regen.

Son-

19.

Sonora cedant organa
Doctis movenda nervis,
Si mille voces ederent,
hæc una vincit omnes.
O! Organist dein Lob verlischt/
laß all Register brummen/
der Blas ist auß/ schweigt wie ein Mauß/
die Orgel mus verstummen.

20.

Cedant canora Tympana,
Tubæq; Tibiæq;,
Hæc una vincit Tympana,
Tubasq;, Tibiasq;.
O Nachtigall/ dein edler Schall/
klingt schöner als Trompeten/
dein süsser Chor geht weit noch vor
den Zimbaln und den Flöten.

21.

Tacete cunctæ Psaltriæ,
Testudines tacete,
Lyræ tacete garrulæ,
Chordæ tacere mutæ.
Der Lauten-Klang kan deinem Gsang
bey weitem sich nicht gleichen/
ein Citharist/ wie gut er ist/
muß deinen Trillern weichen.

22.

Salve, valeq; millies,
Philomela bella salve!

au-

auresq; cantu melleo
mulcere perge nostras.

Fahr fort und sing/ sey gueter ding/
es wird dirs niemand wehren/
sing immerzu/ sing ohne Ruh/
kein Mensch wird dich verstören.

23.


Victus tibi spontaneam,
Philomela trado palmam,
Sum victus; ecce, languidam
cantu lyram fatigas.

Nun ich erlig/ dein ist der Sieg/
ich bin auch nicht darwieder/
ich bin gantz müd/ von diesem Lied/
und leg die Laute nider.

24.

En jam remitto fervido
nervos Labore fessos,
Laxæq; Chordæ dissonant,
sunt rupta fila, pauso!

Die Finger sind/ nit mehr geschwind/
sie werden nur gezwungen/
ich kan nicht mehr/ weil ohngefehr/
die Quint entzwey gesprungen.



EPIGRAMMATUM
CENTURIA PRIMA.

I.

In Pseudo-Christianos.

SI colit Is rectè Christum, qui se *abnegat* ipsum;
Christicolas plures quis nisi Mundus habet?
Nomine nam Christi se quisq; fatetur amicum,
Sed nomen factis abnegat ipse suis.

2.

Quia homo Deus esse voluit, ô Altitudo! | *Deus homo factus est. ô Profunditas!*

Esse Deus voluit Pulvis, (proh! vota superba!)
altius an quæso scandere posset humus?
Ut voti fieret compos DEUS est Homo factus,
ô Animo nimium mira profunda meo!

Septem Christi verba in Cruce.

1.

Pater remitte illis, &c.

3.

Hostibus ergo tuis veniam petis? haud ita miror,
Hostis eram, pro me cùm morerére, tuus! *Rom.* 5.

2.

Hodie mecum eris in Paradiso.

4.

Quàm blandè spondet Paradisi Regna Latroni,
Parcite Latrones dilacerare latus!

3. & 4

3. & 4.

Ecce Filius tuus: Ecce Mater tua!
Deus meus, quare me dereliquisti?

5.

Dat Viduæ Natum Matri, Matremque pupillo,
SE miserum queritur deseruisse *Patrem!*

5.

Sitio.

6.

Fons Vitæ es vivus, post mortem flumina fundis,
Non tua Te vexat sed peregrina sitis.

6.

Consummatum est.

7.

In Cruce cùm moriens perfecerit omnia Christus,
non erit ulla operi vis tribuenda tuo.

7.

Pater in manus tuas, &c.

8.

Commendas animam Patri moriture Redemtor,
Suscipe, cùm moriar, Tu quoque sponte meam.

9.

In *Christum patientem.*

Nulla Tibi vox est patienti, nulla querela,
Constringunt sensus hinc Amor, inde dolor.

10.

In Matrem sub cruce stantem.

Exemplar Nati, Mater pingente dolore,
dici crux, clavi, lancea, spina potes,
Perque latus fossum commisto sanguine manans,
largius ex oculis defluit, unda, tuis.

11.

Crucifige.

Jam moribunda jacet, contrito vertice, serpens,
Lingula *pungit* adhuc dum, *crucifige*, sonat. *Gen.* 3.

12.

Latro in Paradiso.

Reclusi ingreditur Paradisi septa CAINUS,
expulsus sequitur lætus ADAMUS eum.

13.

Medicus Serpens æneus.

Cultus ab antiquis serpens Epidaurius olim
Herbis morborum sustulit omne genus.
Aspice nunc Medicos nummis atque ære coruscos,
Quisque tibi serpens *æneus* esse potest.

14.

In Romam Sacram.

Auri sacra fames Romano regnat in orbe;
Auri ut *sacra* fames, sic quoq; Roma *sacra* est.

15.

Pulicis Epitaphium.

Ad Generum Cereris sine cæde & sanguine pauci
Descendunt Reges & *siccâ* morte Tyranni.

16. Bre-

16.

Breve Fortunæ Elogium.

Laudatur ab his, culpatur ab illis.

17.

Fortuna de seipsa.

Crede mihi, Virtus non est me major in orbe,
Virtutem sequitur si comes invidia.

18.

In Mulierem formosam quidem sed rixosam.

Altera cùm possis formâ Philomela vocari,
Nemonè. qui *Linguam* demere possit, adest?

19.

In Somnolentum.

Ut memor esse queas mortis, noctesque diesque
dormis, nam somnus mortis imago tibi est.

20.

In quendam invidum.

Haud falsò quereris, te nulla *remota* videre,
Invisus cùm sit *proximus* ipse tibi.

21.

Poëta per Αναγρ. *Epota.*

Epota Calicem si vis bonus esse Poëta,
Vena fluit nunquam, nî quoque Vina fluant.

22.

In poëtastrum quendam superbum.

Vatibus hic mos est res raras fingere, temet
dum Vatem fingis, fingere rara potes.

23.

Poësis, Musica, Ars pingendi.

Delectat pictura oculos, placet auribus Orpheûs,
Sed penetrant animum carmina diva sacrum.
Fastidit cæcus picturam, barbyta surdus,
Carmina sed cæcus, carmina surdus amat.
Imbre perit pictura, sonus vanescit in auras,
Post Vatem vivunt carmina sera suum.

24.

In Poëtam dissolutum.

In prosâ vivis, vitam ducendo *solutam*,
Cur tua tàm durâ carmina lege *ligas* ?

25.

In Obitum boni Poëtæ.

Dignus eras seros vitam *producere* in annos,
heu! cur *corripuit* stamina Parca tibi?

26.

Osculatio Rustica.

---- ---- ---- Tu Tityre lentus in Ulnis
Formosæ, resonare doces tua basia dentes.

27.

In Virginem formosam.

Da faciem mihi, Virgo, tuam, da labra genasque,
si nequeo ptopriâ fronte placere tibi.

28.

In Eandem.

Non est cæcus Amor, nostros qui cepit ocellos,
pulchra es, ô verè pulchra puella nimis!

29.

In formosam & divitem.

Materiæ largæ juncta est pulcherrima forma,
Compositum quævis Physica tale probat!

30.

In Amicam duram nimis.

In rigidum tua si mutâsti pectora *ferrum*,
Nostra in *Magnetem* pectora versa volo.

31.

Virtus post nummos,

Quæ, qualis, nemo quærit, sed quanta puella?
Vis Amor esse potens? AUREA TELA VIBRA.

32.

In Puellam ob paupertatem spretam.

In gremium *fulvo* descendat Iupiter *imbre*,
Virgo, tuum, mittet tunc tibi Iuno procos.

33.

In deformem quidem sed facundam.

Difficilis quamvis *formam* Natura negavit,
Rhetorica hæc pensat damna *figura* tibi.

34.

Ad Germaniam Adhortatio.

Cum Petro tandem lachrymas Germania funde,
jam cecinit *Gallus*, jam vigilare decet.

35.

Fur suspensus.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Fusus Ego infelix hæc quoque pensa traho.

36.

In furem Auribus truncatum.

Auriculas Asini quis non fert? Persius inquit:
Fur, læto exultans pectore dixit: *Ego.*

37.

Fur inter suspendium auram inhians.

Ni tibi constringant avidas benè vincula fauces,
Non erit à raptu tuta sat aura tuo.

38.

In furem, qui fascias crurales mihi abstulit.

Mutatâ fiat formâ mea fascia restis,
Et stringat nostro pro pede colla tibi.

39.

Cæcus ad furem scalas ascendentem.

Quam dispar nobis sors est! me fata volentem
ducunt, nolentem te tua fata *trahunt.*

40.

In suave somnium.

Per fide cur Morpheû mihi gaudia ficta dedisti?
Condono, fiant si modò vera, lubens.

41.

De Nominibus Pontificum.

Cur nunquam Christi vultNomine Papa vocari,
Sustineat Christi cùm tamen usque vices?
Pectoris in thecâ quia continet omnia jura,
Nomine se tali jure carere videt.

42 Pon-

42.

Pontifices cur nomina mutent.

Mutant Pontifices, servant sua Nomina Reges,
Pontificum spurium cernitur inde genus.

43.

In Pontificem Leonem X.

Est Christus Pastor; cur ergo Vicarius ejus
Est, metuenda gregi bestia sæva, LEO?

44.

Papæ Authoritas.

Papa potestatem Iudex habet unicus omnem,
Unde probas? Famulus testificatur: HABET.

45.

Ad Pontificem de Ecclesia.

Si tibi visibilis, Papa, est Ecclesia semper;
vel plus Te cernit, vel minus ipse DEUS.

46.

Pontificiorum ad Patres provocatio.

Scripta Patrum torquent, corrumpunt, undiq; trun-
In Patrum cineres mingere nempe solent. (cant,

47.

Pontificiorum verbum non-scriptum.

Si monstrosa tenent vestræ Commenta *Legendæ*,
Verbo *Non-Scripto* qualis habenda fides?

48.

Indulgentiæ.

Indulgentia vix Romanæ increbuit Aulæ,
& crepuit durum Traditionis onus.

49.

In Claustra Monachorum.

Sunt extra mundum vestra, ut vos dicitis, antra;
Irrepsit quânam mundus in illa viâ?

50.

Monarchorum Iejunia.

Cur Monachi tot edunt sua per Iejunia pisces?
In ventris possunt nempe natare lacu.

51.

Triplex Papa Corona.

Papa suam triplici cingit diademate frontem,
scilicet hoc triplicem se probat esse Deum.
Jupiter est, docet hoc sacri nos *fulminis* horror,
Neptunus sacras undique spargit *aquas*.
Dumque Animas miseras in purgatoria trudit;
vel Pluto certè, vel Rhadamantus erit.

52.

Osculatio Pedum Pontif.

Proditor in faciem Iudas dedit oscula Christo;
Papa sed impuros præbet ad oscla pedes.

53.

Pontifex Mulier s. Papissa Iohanna.

Altera dum Latij fert sceptra Semiramis, annon
Hinc dici Babylon Roma superba potes?

54.

De Purgatorio & Limbo Patrum.

Implumem purgans torret dum flama PLATONEM,
In Limbo Patrum DIOGENES latitat.

55 Sa-

55.

Sacræ Virgines.

Angelicône volunt vestales vivere ritu?
Angelus in Cœlis, Angela nulla datur.

56.

Invocatio Sanctorum refutata. ex Ps. 12. ℣. 1.

Hic Augustinum, Franciscum vellicat altera,
Defecit Sanctus; Tu, Domine, ipse juva.

57.

Invocatio Sanctarum,

Ursula, Waldpurgis, Catharina, (heu Numina vana!)
Tot mihi præ Divis unica Viva placet.

58.

Hecatombe Pontificiorum s. Inferiæ.

Centum Hecate suibus placatur; victima grata,
Tot Monachi pingues si moriantur, erit.

59.

In Advocatum quendam stolidissimum.

Es linguâ, Ingenio, (quid multa) per omnia CRAS-
sunt tantum Crassi rara Talenta tibi. (SUS,

60.

In Eundem continuò Tabacum fumantem.

Quis tibi perpetuâ gyrat vortigine mentem?
Spiritus? ætneis faucibus Ille venit.

61.

In Eundum stolidâ arrogantia elatum.

Mens tua cum fumo semper sublimia quærit,
Naturâ ascendunt, quæ *leviora*, suâ.

62.

In Podagricum.

Quàm timidè calcas terram, vix calcibus imis
tangis, ceu presso retrahis angue pedem:
Fortè times, ne te lædat *Tarantula* morsu,
Sitque tibi *saltu* restituenda salus.

93.

Eva & Cleopatra.

Prodiga potando duo regna Cleopatra perdit;
Eva orbem totum perdit edendo procax.

64.

In Exequias Meretricis.

Vivorum effertur Thais, lugete, feretrum,
Mortua jam terræ fert patienter onus.

65.

In Testudinem.

Pythagoræ sensus nisi fallit opinio nostros,
Diogenis latet hîc aut *anima* aut *animus.*

66.

In Testudinem Musicam.

Mutatâ formâ facta est Testudo Thalia,
Irrepsitque cavæ vocis amica lyræ.

67.

AEternitas DEI.

Est extra Tempus positus qui Tempora fecit,
Credimus æternum, Tempore Teste, DEUM.

68. Tem-

68.

Tempus Creationis, In Principio creavit, &c.

Condiderit solidum quæris quo Conditor orbem
Tempore? nondum illo Tempore Tempus erat.

69.

Visio DEI *AEnigmatica.*

Auditu, olfactu, gustu, tactuque notamus
Numen, sed videt hoc non nisi *lusca* Fides.

70.

Christianorum Symbolum.

Omnia mea mecum porto.

Christicolæ veri sua portant omnia secum,
Dum Christum portant, nomine, corde, suum.

71.

In Avari Tumulum.

Adde parum modico, modicum supperadde pusillo,
Hoc faciens tandem *talem* cumulabis *acervum.*

72.

In mendacem.

De nihilo semper loqueris, sua simplice corde
Dum *gignunt* alij, tu tua verba *creas.*

73.

In Infantem expositistium.

Nescis, quos, habeas, infans miserande, parentes,
Te tua sors ab eis *degenerare* jubet.

74. Ger-

74.

Germani cur in plurali loquantur?

Multi homines, non unus homo, vult Teuto vocari;
Vis & Majestas hinc Alemanna patet.

75.

In Mulierum Superbiam.

Vas licet infirmum Mulier tamen usque superbit;
Nempe prior lapsa est Eva superba Viro.

76.

Triga Superintendentium Duc. Stip.

Actu indiviso Trinum regit omnia Numen,
Nos quoque nutu uno Numina Trina regunt.

77.

In Dn. D. Raithium, Duc. Stip. Superint.

Afflictum hoc Claustrum sensisti tempore belli,
Jure dedit clavum pax quoque blanda Tibi.
Bifrontem liceat Claustri Te dicere Janum;
Det DEUS, ut duplex sit quoque vita Tibi!

78.

In Dn. D. Kellerum.

Victa jacet pietas? Terras Astræa reliquit?
Falsum est, in terris dum tua Mens habitat!

79.

In Dn. Th. C. M. D.

Magna Domûs oculum tua Te prudentia sacræ
Fecit, at es quoque tu frena regendo *manus*.

80 Dn.

80.

Dn. D. Keller / *Super & Dn. Cellarius* M.D. *Collega*:

Hic Germanicus est Cellarius, ille Latinus
Kellerus; vigeat nomen honosque virûm!

81.

De *Orgine Animæ.*

Mens Calvinianorum ex Ovveno.

Cœlitus orta mihi mens, non ex traduce: Nam si
Corpore cum reliquo mens oritur, moritur.

82.

Responsio ex Rom. 5. c. ℣. ult.

Cœlitus orta tibi si mens, sunt traduce nullo
Mors & peccatum cœlitus orta tibi.

83.

Incarnatio Filii DEI illustrata Testimoniis

Ioh. 1. ℣ 1. & *Matth. c.* 3. ℣. *ult.*

Sermo Patris fit nostra caro; Quis credere posset?
dixisset nobis hoc nisi Sermo Patris.

84.

Catella Cananaa ad verba Christi Exceptio.

Nomine dilectus si Lazarus est Tibi cordi,
non poteris panis frusta negare Cani.

85.

Adamus & Absolon.

Par fuit exitium, quia par quoque crimen utrique
aggressus { Sceptrum / Regnum } est hic Patris! ille DEI.

Ar-

Arboris interiit *fructu* deceptus Adamus,
Arboris in felix *fructus* at ille perit.

85.

Iacobus & Salomon.

Vidit uterque Deum per somnia, uterq; loquentem
Audiit. & fratris sensit uterque dosos.
Hoc sortem variat: *visum* abstulit ægra senectus
Iacobo, at Salomon dedidicit *sapere.*

86.

Mulier a sanguinis profluvio liberata.

Ecce Galenus opes mihi perfidus abstulit omnes,
despero si non dat mihi Christus opem.

87.

In gibbosum superbum.

Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum,
Mantica, quæ pendet post tua terga, probat,

88.

Epitaphium gibbosi.

Qui transis, solvas prius hoc Æninma, viator;
Sub tumulo hoc quæris, quis jaceat? *Tumulus.*

89.

In par Conjugum quorum utrumq; claudicat.

Nube pari, si nubere vis, hoc fecimus ambo:
sed simile, ut cernis, claudicat omne tamen.

90.

In B. Virginem Matrem Dei.

Conditor ipse tuo, Virgo, dum conditur alvo
Te parvum Mundum dicere jure queo.

Nem-

Nempe duos geſtas, quis non miretur? Adamos;
Inque utero fratres mutua bella gerunt. *Gen.* 25.

91.

In Abſtemium Amori deditum.

Bullæ Vndæ, Veneris ſine Bacho te coquit ignis,
Vndæ bullæ Venus ſcilicet ipſa fuit.

92.

In Vinum Aqua corruptum.

Sive bibas vinum, ſeu ſis Abſtemius, hauri:
Scilicet invenies hîc quod uterq velis.

93.

Vmbra hominis in pulvere.

Sol pictor, radii penicilla, dat umbra colorem,
Terra tabella, vide: *Pulvis & umbra ſumus.*
Iurares Animam ſenſusque ſubeſſe figuræ,
hinc illinc dum ſe mobilis umbra movet.

94.

Prodigus.

Omnia, cùm moriar, mecum mea ſumere poſſum,
namque in me *vivo* cuncta ſepulta jacent.

95.

In ſeculi hujus mores.

E pejore luto fingit præcordia Titan,
fluxa fides, pietas *rareſit, alget amor.*

96.

Vinum & Muſica, Cantores amant humores.

Sunt miſcenda etiam pauſanti pocula voci,
mutaque cum *liquida* ſuavius ire ſolet.

97. In

97.

In Beatam Virginem Iosepho desponsatam.

E Sponsâ summus nasci vult ipse Sacerdos:
Quid castum damnas, Clerice stulte, thorum?

98.

In Stultum leporinæ carnis appetentem.

Es lepus & leporem es, nempe est *obliquus* in ore
Casus, at esse solet *rectus* in aure tibi.

99.

Corpus Iuris.

Ambiguè volvo, involvo, legesque revolvo,
vix natura magis *mobile* corpus habet,

100.

In Cæcum & Surdum.

Non audis mundi, non cernis lumine turbas,
In Mundo felix te magis ecquis erit?



EPI-

EPIGRAMMATUM CENTURIA ALTERA.

I.

In Dn. Erhard Machtolf. Spec. VVildberg.

SAxa, feras, montesque Orpheus mitescere fecit;
emollis *montes* Tu quoque, voce, *feros*!

2.

In pessimum hoc seculum.

Cum Clero Laicus deberet vivere cœlebs;
quottidiè pejor fit mala posteritas!

3.

Mundi Effigies.

Flens Heraclitus, ridens Democritus orbem,
Sint mixti vultus, pictus & orbis erit.

4.

Mundi Interitus.

Corruptus dudum est perversis moribus Orbis,
quin tandem ruptâ *rumpitur* ille morâ!

5.

Lapsus Adami.

Non arbor nocuit, nocuit tibi sed magis arboS,
ultima dum Tibi fert *litera* sola necem.

6.

Credulitas & Fides.

Credulitate cadit nimiâ deceptus Adamus,
Hinc salvat reliquos non nisi certa *Fides*.

7. Adam

7.

Adam, Eva, Serpens, Christus.
Translatio peccati. Gen. 3.

Transtulit in Sociam crimen Peccator Adamus;
mox in serpentis transtulit Eva dolum:
Dat serpens pœnas, absolvunturq́ parentes,
Horum in se crimen transtulit ipse Deus.

8.


Lex & Evangelium.

Gratia per Christum, per Mosen tradita Lex est;
Me tamen & Mosen Gratia sola beat!

9.

Christus

I. N. R. I.



Via & Vi a. *ex Matth. 7. & Ioh. 14.*

Est angusta quidem vitæ via, teste Viâ ipsâ;
per *Media Torem* jam tamen illa patet.

10.

In Chlamydem Christi Coccineam.

Coccina quæ nudum velabant pallia Christum,
queis peccata tegit, pallia amoris erant:
Prodeat absque metu, quamvis sit nudus, Adamus,
Integritas hâc sub pristina veste latet!

11.

Christus ludibrium militum.

Spurca tuam fœdant faciem quæ sputa Redemptor,
sunt Mundi scelerum sordida colluvies;

Ex-

Exprimit & largas guttas Tibi spina cruoris,
  scilicet his sordes abluis atque luis,
Quid fragilis, quam dextra gerit, portendit arundo?
  quassato calamo parcere nempe soles Esa. 42.

12.

Ecce Homo. (vermis,
Ecce, Homo. qualis Homo, Te propter non-homo,
  ad lachrymas nondum flecteris? ecce Tigris!
Christe tuam faciem, nisi mutua lumina tradas,
  quo par est vultu, cernere nemo potest!

13.

In Crucem Christi.

E *fructu* bona si quævis cognoscitur arbor,
  quæ melior quæso quàm crucis arbor erit?

14

Genealogia salutis humanæ,

Crux Christi.

Iessæo natus quondam est è stemmate IESUS,
  nascitur è Iesu *Stemmate* nostra salus.

15.

In Manus Christi clavis perforatas.

Quis manibus me, Christe, tuis evellere possit,
  Herculis hos clavos frangere clava nequit.
Nempe tuam in dextram proprio me sanguine scribis,
  est amor ille tuus, quo me adamas, *adamas*!

16.

Iesus Amor meus Crucifixus.

Jesus, amor meus, est crucifixus, amore jubente,
  sit meus & quavis in cruce *fixus* amor!

17.

In spineam Christi coronam.

Cur Te non aurum *redimit*? cur spina cruentat?
non auro, at proprio sanguine nos *redimis.*

18.

I-ESVS.

Scire cupis pro quo sit passus crimine IESUS?
ostendit prima hoc litera dempta Tibi.

19.

Satisfactio Christi.

Uno sedata est per Christum *factio* verbo
pristina, quàm primùm dixerat ille, *satis*!

20.

Christus Iudex.

Horreat anne Reus tàm mite subire Tribunal,
justitiam Iudex cui dedit ipse suam?

21.

Præparatio ad Iudicium extremum.

Ultima ne noceat nobis æternaque flamma,
sint oculi cœlum, diluvium lachrymæ!

22.

In hominem Nauci.

Nil unquam frustra faciunt Natura Deusque,
Naturâ invitâ natus es atque DEO.

23.

Seculum frigidum.

Reddidit ablatum Dîs ignem fraude Prometheüs,
cordibus in nostris nulla favilla calet.

24. Du-

24.

Duplex Mundi Baptismus.

Diluvii primum lustrârunt flumina mundum,
sola sed extremum flamma piare potest.

25.

In Satanam.

Esset nulla tibi vis, pessime, nulla potestas,
peccando infirmus nî daret arma tibi!

26.

De Divitiis.

Cur in divitiis est tàm spinosa voluptas?
Di vitiis pœnas imposuere suas.

27.

Optica sacra.

Objectum Christus, medium sunt dogmata sacra,
est oculus, radians, candido amore, Fides!

28.

Mors omnes æquat.

Diogenem si fortè vides, Pellæe, sub umbris;
dic, voti compos, *jam sumus ergo pares.*

29.

In Calamum.

Hæc est Pandoræ pixis, quæ spargit in orbe
tot mala, quæ lites, jurgia, bella ciet.

30.

Lingua & calamus.

In Nobis est optima res & pessima lingua,
Ori quod lingua, est id manibus calamus.

31. Pa-

31.

Papa Clavem Petri, in gladium Pauli mutat.

Carnificis Pauli sunt hæc insignia Papa,
Te clavis posthac non decet Ergo Petri.

32.

Gladius Papæ duplex

Hîc gladii duo sunt: ad Papam spectat uterque:
sævius in Malchum quàm Petrus ergò furit?
Nempe biceps sæpe est Romani Ecclesia Petri,
auriculas plures postulat inde sibi!

33.

Papa Christi Vicarius error Typographicus.

Debueras dici Christi Sicarius; eheu
hic error præli prælia quanta parit!

34.

Disparitas Relig. Pontif. & judæorum.

Roma *Anti Christum*, *Messiam* expectat Apella:
certior est hujus quàm tua, Roma, fides.

35.

IOH. HVSSVS.

Per me fundata est Sacri *Constantia* verbi,
Authorem flammis sustulit illa suis.
Exoriare aliqnis nostris ex ossibus ultor!
Hæc nova quæ Phœnix? ecce fit anser olor!
Argutos dum sic inter strepit *Anser Olores*,
Illorum penetrat regna per ampla sonus!

36.

Terræ Quies in cœlo quærenda.

Ut cœlum semper moveatur, terra quiescat,
in cœlo tamen est vera locanda quies.

37.

Fides & fides Musica.

Non operante fides digito plectrove quiescunt;
mortua sic vitâ est non operante Fides.

38.

Multarum constans fidium concordia perstat,
tàm malè cur ergò consonat una fides?

39.

Ad Christum.

De mundi ingratitudine, Luc. 17:
Nonne decem mundi facti sunt.

Sive decem mundi sint facti, sive sit unus,
qui tibi sit gratus vix tamen unus erit!

40.

Deus Mundi Philipp. c. 3. v. 19.

Esse Deum quid nî credat stultissimus orbis,
unicus esse suus cui Deus *Esse* solet?

41.

In Orbem Mensarium.

Toto Terrarum quæris quid agatur in orbe?
est orbis magni parvus imago tibi.

42.

Nosce teipsum.

Stultè hominis fabricam reprehendis; pessime MO-(ME,
quod careant clathris pectora clausa suis.

F Quin

Quin magis introrſum vertendos dicis ocellos,
ipſum quò poſſit ſe quoq́ cernere homo!

43.

Via in Cœlum unica.

Una via in cœlum eſt, plures qui quærere tentat,
Cum *pluvia* é cœli decidit ille viâ!

44.

Ovis ad Muſicum.

Afficiuntur homo tuâ viſcera viſcere noſtro,
dum feriunt chordas cordaque plectra ſimul.
ſed miſer intereà venter caret auribus inquis?
balatu carnis paſce palata meæ!

45.

In Chelyn.

Ex aure in mentem penetrat reſonabile plectrum,
vocalis fidibus ſpiritus ecquis ineſt?
Invidiâ ſua rumpantur prius ilia Codro,
quàm tua rumpantur viſcera dulcis ovis.

46.

Axioma Phyſicum.

Non datur vacuum in Natura.

Non datur in mundo vacuum; veriſſima dicis:
omnia namque ſuo replet amore Deus.

47.

Homo ſphara Mathematica.

Mens cœlum, corpus centrum, cùm frangitur *axis*
vitæ, mox proprium quærit utrumque locum.

48. An-

48.

Annulus amoris tessera,

Æternus sine principio sine fine videtur
annulus, æternus sit quoque verus amor!

49.

Aurum.

Aurea libertas, pax aurea, & aurea virtus;
æstimium ex *auro* scilicet omne fluit!

50.

Credulitas, Αναγρ. *Crudelitas.*

Ne nimium fias factum crudelis ad omne,
ad verbum omne nimis credulus esse cave.

51.

In Perfidum.

Per superûm jurare fidem temerarius audes;
scilicet in terris est tibi nulla fides.

52.

Liberalis.

Libera quàm frons est tibi, quàm propensa voluntas,
namque manu ridens omnia *libera alis*!

53.

In Cometam.

Integer est sine Te stellarum exercitus; imples
Terram exercitibus, tu nova stella, novis.

54.

Fama.

Fama *ferax* magis est quàm *verax* nuntia rerum,
tàm raro *verum* dum solet esse *bonum*.

55.

In illud Virgilii:

Fama Malum. &c.

Esse malum dicis Famam, temerarie Vates,
De Te cùm dicat non nisi Fama bonum!
Mobilitate viget viresque acquirit eundo?
Nobilitate viget quin magis illa Tuâ!

56.

In Promissa Tardantem.

Objectum fidei dicunt non posse videri;
Nempè ex promissis credere disco tuis!

57.

In Eundem.

Promittas mihi juratis licet omnia verbis,
nî mihi *præmittas* credere nolo tibi.

58.

Poëta per Ἀναγρ. *Pateo.*

Sunt faciles Musæ, facilem decet esse Poëtam,
Lectori primâ fronte meo *Pateo*.

59.

In Mendacem.

Omnis Homo mendax, dicunt oracula Vatis;
Quis nisi sit Mendax te neget esse hominem?

60.

In Monoculum.

Ne frustra in cœlo radient duo Lumina magna,
In fronte apparent noxque diesque tuâ.

61.

In Deformem quandam.

Deformis cùm sis, cur vis formosa *videri*?
Pulchra magis nulli si *videaris* eris!

62.

In formosam.

Pythagoræ ad mentem mea mens, ut flagrat amore,
in pectus migret, virgo tenella, tuum,

63.

In Eandem.

Te speculo invideo quoties te cernis in illo,
Ipsi te invideo fermè puella tibi!

64.

In Zelotypum.

In *Cœlo* vulgò fieri connubia dicunt;
Conjugium in *Zelo* dicitur esse tuum!

65.

Mulier cuius generis?

Hic Mulier non esse potest, *Hæc* esse recusat,
Hoc agere est illi res aliena nimis:
Non *declinari*, vult declinare Mariti
Illa jugum, proh! quam *conjugat* ergò malè!

66.

Maritus & Vxor.

Nullius *numeri* Vir est sine Conjuge solus,
Fœmina *persona* nullius absque Viro!

67.

In Hermaphroditum.

Es dubii generis, non mas, non Fœmina, dici,
non benè neutrius, rectè *utriusque* potes!

68.

In Ieiunia Monachorum.

Ut carnem reddant jejunia crebra quietam,
non fas est Monachis carne levare famem,
Hinc agiles comedunt pisces; Caro scilicet æquè
Piscibus ac Monachis esse *quieta* solet!

69.

Pugna Sartorum.

Sartori evulsit sartor per jurgia crines,
materiam litis *lana caprina* dedit!

70.

In Pauperem.

Omnia si perdas *famam* servare memento;
Omnia dum perdo nil nisi servo *famem*!

71.

In Ebriosum.

Nescis, nec curas, anni quo tempore vivas;
Semper in *Octobri* vivere nempe soles!

72.

In Ebrium.

Gutta cavat lapidem, non vî, sed sæpè cadendo;
Ebrius es factus, non vî, sed sæpè bibendo:
Subditus es factus vino vî, sæpè cadendo!

73.

In Linguam Ebriorum temerariam.

Multa cadunt inter calices supremaque labra;
Multi inter calices labraque summa cadunt.

74.

Pulex & Calumniator.

Scilicet ut pulex damnosa calumnia pungit;
Non nocet, at maculas figit ubique suas.

75.

Candela.

Sol ego sum noctu, claro sum noctua sole,
noctua sunt oculi, me sine, nocte tui!

76.

In Barbas recentiores.

Dum veluti pueri mentum nudare solemus,
Deliramentum quis neget esse novum?

77.

Bettelvogt.

Ut discant inopes nondum sibi regna patere
Coelica, tu circum mœnia ducis eos.

78.

In superbum quendam Derisorem.

Per risum multum debes cognoscere stultum,
scilicet hic stultus *practicus* esse solet:

Om-

Omnia tu rides animo, non ore, maligne,
hinc *speculativus* tu mihi ſtultus eris!

79.

In illud: Pictoribus atque Poëtis. &c.

Quòdlibet audendi ſi nobis æqua poteſtas,
dicere cur verum quodlibet ergo nefas?

80.

Saltus Ranæ & Pulicis.

Ambiguo variant pulex pede ranaq́ ſaltum,
hæc undam ſitiens, ille cruoris amans;
Rana ſalax ſub aquâ exilit, hinc ſalit & ſalit illinc,
pulicibus citò pes hinc ſalit & ſalit hinc.

81.

In Furem.

Aſcendens ſcalas, ſic tranſit gloria Mundi,
Fur ait, heu verè eſt aſpera ad aſtra via!

82.

In Eundem.

Tranſcendis *Logicæ* tritas Metaphyſice *ſcalas*,
Ens quid in *abſtracto* ſit quoq́ ſcire cupis.

83.

Aſinus ad Avarum.

Quas porto fruges aliis alimenta miniſtrant;
Sic aliis portat dives avarus opes.

84.

In Phyſicum Imberbem.

Excrementa pili num ſint dum Phyſice certas,
nil *Incrementi* cur tua barba capit?

85. In

85.

In Gelliam Garrulam.

Codice teſte Sacro vita eſt quaſi *fabula* noſtra;
quàm verè dici Gellia *Vita* potes!

86.

In Vinum Auſterum.

Sentiat auſterum ne lingua offenſa ſaporem,
Lethæo miſce pocla liquore mihi.

87.

In Amicum fideliſſimum.

Noſtra ut perpetuo jungantur pectora nexu,
Tu mihi ſis *oculus pupula* ſimque Tibi.

88.

Teſtamentum Leporis.

Fœmineo *Carnem* generi, tibi, pellio, *pellem*,
aures carnifici denique lego coquo!

89.

Aurâ veſci.

In terris veré qui vivit veſcitur aurâ,
Omnis enim vitæ ſpes velut *aura* fugit!

90.

In Capillorum Tortorem.

Naturam contra torques, inſane, Capillos,
cùm ſemper ſtatus ſit *violentus* eis!

91.

In Deſidem.

Pacis erat Iani præcluſum tempore Templum;
eſt Tibi cum libris pax ſine fine tuis.

92.

Vini Efficacia.

Augurii calicem jactet Iosephus; in ipso
Spiritus augurii nempe liquore latet.

93.

In Mendicos.

Multa rogare, rogata tenere, retenta vorare,
Hæc tria Mendicos faciunt superare labores.

94.

In Medicos.

Sit Medicus patiens, Medicorum regula dicit,
qui recipit nummos sit *modicus Medicus.*

95.

Musicus ad Murem.

Principium te nostra agnoscit *Musica* primum,
es finis vocis tu quoque cùm cani *Mus*!

96.

In Sordidum ad honores adspirantem.

Fortunam *reverenter* habe, nam sorte favente
Forsan mox Dominus tu (*reverenter*!) eris.

97.

Ad Momum cur Epigr. scribam.

Contraxisse meam dicis me, Mome, Poësin,
Quæ vis unita est fortior esse solet!

98.

Ad Eundem.

Esse *invisa* tibi verè ut mea carmina possint,
abjicias oculos, invide Mome, tuos,

99.


Ad Typographum.

Perfecti ut fiant quos gigno, Typographe, versus,
Tu *disponis* eos, dasque premendo *habitum*!

100.

Ad Lectorem.

Nec lauda nostrum, Lector, nec sperne laborem,
quem volui obtentus tunc mihi *Finis* erit.



EPIGRAMMATUM
CENTURIA TERTIA.

JN FAMILIAM
Dignissimi Domini Specialis Wildberg.

I.

ERHARDUS Machtolfus.
Iohann Ulricus ERHARDUS.

EST tibi prænomen mihi quod cognomen, *Erharde*,
nominibus nostris omen inesse reor!
Mutatis vicibus sequitur *Machtolphus Erhardum*,
Machtolphum sequeris rursus, *Erharde*, tuum;
Phosphorus exorto præit & fert lampada Phoëbo,
Occiduum sequitur *Vesperus* inde Ducem!
Et præit & sequitur stella officiosa Patronum,
Manè fores aperit, vespere claudit eas.
Exorere æternùm Musarum *Phoëbe* mearum,
Nominis ut possim *Phosphorus* esse tui!
Adde tuis nostros Machtolphi (largior!) annos,
Ah! tuus ah! serò *Vesperus* esse volo!

2. AN-

2.

ANNA MARGRETA CONJUX.

Quas tibi *delicias oculorum* demserat olim,
reddidit in tali Conjuge, Jova, Tibi!
Non opus est multis dotes extollere verbis,
dici *Iuno* potest, esse *Minerva* potest.
Sufficit hoc unum (quamvis nec cætera desint)
Machtolfi placuit *Forma decusque* thoro.

3.

Liberi.

PHILIPPUS ERHARDUS.

Philippus Christum, Patremq́ sequatur *Erhardus*,
nomina vis rebus conciliare suis.

4.

IOH. FRIDERICUS.

Es Natos inter medius, medius quoq́ natu,
Inferior noli fratribus esse tuis.

5.

EVA MARIA.

Mors & *Vita* tuo junguntur Nomine Virgo,
hinc venit interitus, profluit inde salus.
Vivorum Mater viventes morte peremit,
Virgine sed natus morte redemit eos.
Eva Virum Dominum falsò se credit habere,
Elegit partem hanc sola *Maria* sibi.
Eva inimicitias sparsit; sed semine divo
progenuit Pacis diva *Maria* Ducem!
Jam sublata tamen lis est: Confide, nepotes
reddidit amissos, EVA, MARIA tibi.

6. Io-

6.

IOHANN ALBERTUS.

Delicium Patris, Matris pretiosa Voluptas,
Delicium generis cresce aliquando tui.

Christi Miracula.

7.

Aquæ in Vinum Conversio.

In vinum dum vertis aquam, quis dicere possit,
Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ?

8.

Aqua Calcatio.

Quod fit lympha merum si res est plena stuporis;
En mirum fluidas jam quoq; calcat aquas.

9.

Diabolorum Ejectio.

Dum Christus tetrici Legionibus imperat orci.,
annon hoc fortem se probat esse Deum?
Quò cadat ignarus perculsus fulmine, Dæmon,
In *linguis hæsit*, gens Pharisæa, tuis.

10.

Resuscitatio mortuorum.

Obstupuit Spectans vulgus, virtute potentem,
defunctis Christum restituisse diem:
Quin magis hoc totus mirandum censeat orbis,
Authorem vitæ non tenuisse mori.

11. Sa-

11.

Sanatio morborum. Ex Esa. 53.

O medicum fidum, qui non modo pollice divo
Ulcera sanavit nostra, sed *ipse tulit.*

12.

Venti & maris Sedatio.

Ad nutum Domini mutat se *ventus* in *auram,*
fitq; *saliva* levis fervida *spuma* maris.
Æquora quem metuunt, Boreæ cui classica cedunt,
opponit vires huic Homo, *bulla,* suas!

13.

Miraculosa Panum adauctio.

In Panem lapides jussit convertere Christum
Dæmon, ut intensam sensit in ore famem:
Confuso cedas, Tentator pessime, vultu,
Sat facto hoc *Natum* se probat esse *Dei.*

14.

In Tristissimum nuntium afferentem.

In gladium cur non mutâsti, nuntie, vocem,
Nam me quàm gladius sævius illa ferit.

15.

In Obtrectatores suos.

Suffocare meam vult vestra Calumnia Famam?
Laus magis augetur Nominis inde mei.
Flamma latere nequit, penetrat generosior ignis,
Invidiæ *fumum* dissipat *aura* levis.

16.

Aurum Avarum.

Dicitur unde *Aurum,* nisi quod te reddat *avarum?*
Scilicet hoc clare syncopa facta docet.

17. De

17.

De Titluis puellarum.

Scire volo quare *lectissima* virgo vocetur?
A lecto titulus scilicet iste venit.

18.

Vidua unde?

Ex quo fonte putas viduæ descendere nomen?
Nempe quod illa *duos* debet habere *viros*.

19.

Oratio Dominica.

Pater noster.

Nil nostrum est, à Te quia quicquid habemus, habemus,
Te nostrum nobis sufficit esse Patrem!

20.

Qui es in Cælis.

In Cœlis est vera *quies* sine turbine, Tu *qui es*, Pater, in Cœlis, sis quoq; nostra *quies*!

21.

Sanctificetur nomen tuum.

Ter-Sanctum te Sancte, canit Seraphicus Ordo,
Jn Cœlo, in Terra, sanctus es, inq; mari,

22.

Adveniat regnum tuum.

Jn medio, Rex, Osorum Dominare tuorum,
Jn medio cordis sint tua regna mei,

23. Fi-

23.

Fiat Voluntas Tua.

Contra velle meum fiat tua sola Voluntas,
Tu modò *Velle* tuum da sine *felle* pati!

24.

Panem nostrum &c.

Da panem, pannum, pacem (quis plura rogaret?)
Nec victum nobis lurida cura coquat!

25.

Et remitte nobis debita &c.

Debitor esse tuus nolo, non solvere possum,
Me juvat hoc unum *Creditor* esse tuus.

26.

Et ne nos inducas &c.

Ne stans forté cadam rursus, tentatus ab hoste,
me tua contineat detineatq́ manus.

27.

Sed libera nos à malo.

Pessimus est Orbis, sunt omnia pessima in Orbe,
Da nobis Cœlo liberiore frui.

28.

Quia tuum est regnum, &c.

Omnia cum largè dederit tua *Gratia* nobis,
Te meritò solum *gloria* tota manet.

29.

DE DEO.

Cur de laude tuâ non tota volumina scribo?
Artificem proprium sat quia laudat opus.

30.

Apostoli. Epistolæ.

Christus *Apostolicos* in mundum mittere Servos
Suerat, at Hi servas mittere *Epistolicas.*

31.

Ad Pontificios.

Hæresis est propriè dicendo *Electio*; sano
Nos verè sensu dicitis Hæreticos:
Spemq; metumq; inter dubii dum pectore cæco
hæretis, benè vos dicimus *hæreticos.*

32.

Judas Ischarioth, & Pontifex R.

Proditione levi Christumvendebat Judas,
hic illum vendit *Traditione* gravi:
Nempe uno laqueo deberent ambo perire,
proditor inde levis, Traditor inde gravis.

33.

Ecclesia Romana infallibilis.

Erravit, si *Vir* Papa est, Ecclesia nunquam;
proh pudor! erravit: Papa fuit *mulier*!

34.

Christus serpens Exaltatus.

Laberis infelix ictu serpentis, Adame,
dum carpis fructus arboris illicitos!
Vis fieri sanus? Serpentem respice Christum,
Iste tibi vitæ fructus & arbor erit.

35.

Justificatio Legis.

Justificat nos sola fides: de lege quid inquis?
Carnificis ritu Lex quoq; justificat.

36. De

36.

Decalogus.

Sunt præcepta decem, quod nemo impleverit octo,
Jn causâ esse solent ultima nempe duo!

37.

In Sacerdotes Pontific.

Cottidiè dum sacra legit, pro more, Sacerdos,
Jure queas illum dicere *sacrilegum*!

38.

Tarquinius Superbus.

Tarquinius fœdo vastavit turbine Romam,
Jam vastat simili more *superbus* eam!

39.

In Fratres Laicos.

Malchus erat Frater Laicus, Fratrumq; Choragus,
privavit fervens quem Petrus aure suâ:
Successor Petri verè si Papa vocatur,
Dispoliet Malchos quos-libet aure sua.

40.

Roma.

Matre Lupâ nutritus erat cum Fratre Quirinus,
Prædixit Fatum, Roma *lupanar* erit.

41.

Pontificis & Calvini Doctrina

De Sacra Coena.

Corporis huic falsa est, illi præsentia *panis*,
Fur Sacramenti sic mihi uterq; manet.

42. In

42.

In Roſam.

Floſcule quàm tener es, non te decerpere pollex
audet, & attactum ſpina doloſa vetat,
Sed labra & nares foliis adhibere tenellis,
Te non invito ſuadet amœnus odor.
Juro te noſtræ mores didiciſſe puellæ,
Jllius ingenium tu geris, illa tuum;
Jllicitos abigit Virgo caſtiſſima tactus,
fas tamen eſt labris bella labella premi!

43.

In Campanam.

Pendet in ore tibi lingua, eſt ampliſſima bucca,
diverſumq; ciet pendula lingua ſonum:
Hunc hanc, illum illam ſacras dum ducis ad ædes,
Non campana, ſed es buccina ſacra magis.

44.

Solamen Puſillorum.

Jn nobis radiat divinæ mentis Jmago,
Nam Deus in minimis maximus eſſe ſolet.

45.

Puſillus ad Gigantem.

Jn me quid curtam derides, Longe, *Staturam*?
In te nil præter conſpicio *ſtatuam*!

46.

In Calendariographos.

Non malè ſignatis mendacia veſtra rubricâ,
Litera pro vobis victa pudore *rubet*.

47.

In Podagricum.

Germanus ſi forte ægrotum viſit Amicum,
quomodo ſtat, ſueto quærere more ſolet;
Quomodo res tua ſtet, non poſſum quærere, quæro
Quomodo res *jaceant*, Trunce miſelle, tuæ?

48.

In medicum Podagricum.

Quomodo, Amice, vales? *medicè*: juſtiſſima morbi
Cauſa tibi eſt, cum ſis ipse *Apotheca* Tibi:
Eſt corpus *fornax*, furit *ignis* fervidus intus,
diſtillat vinum cuprea canna pedum!

49.

In Iudam ſuſpenſum.

Scire cupis, quâ fortè pependerit arbore Iudas?
Augurium haud poterit fallere, *malus* erat.
Ferre malos fructus quæcunq; aſſueverit arbor,
Cum fructu digna eſt igne perire ſuo.

50.

In ignavum & voracem.

Cum piger ad quemvis ſis *cochlea* tarda laborem,
Cur nimis eſt velox *cochlear* ergò tuum?

51.

In Quendam.

Teutonicè potas, inſano es *Gallus* amore,
Perfidiâ *Græcus*, moribus *Arcadicus*.

52.

In Quendam superbè incedentem.

Es scipione *tripes*, *plumisq;* in vertice tectus,
Stulte, hominem sapiens te negat esse Plato.

53.

In Religionem Pontific.

Dum vultis Cœlum factis de jure *mereri*,
vestra fit in totum Relligio *meretrix*.

54.

In stultam cujusdam Eloquentiam.

Nil nisi subtiles vis prodere mente lepóres;
Sis licet ore *lepos*, es tamen aure *lepus*!

55.

Mulier nomine Regina.

Jure meo dicor stolido Regina marito,
absq; illo totam namq; *rego una* domum!

56.

In Blandinam.

Cur tam blanda tuo loqueris Blandina, marito?
quid quæris? juvenis *blandula Dina* fui!

57.

Actus voluntatis eliciti.

Eliciunt objecta actus; malè scilicet illos
dicimus elicitos, rectius *illicitos*!

58.

In Novaculam imberbi applicatam.
Iocus ex Virgil: AEneid. 7.

De Camillâ.

Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.

59.

Epitaphium duorum Fratrum

Quorum alter avarus, alter prodigus erat.

Par jacet hic Fratrum diversis moribus impar,
Alter *parcus* erat, *porcus* at alter erat.
Ne moveant lites, cistæ est inclusus avarus,
prodigus at patulo deglutit ore solum.

60.

In Lucernam.

A luce & cerno lucernam credo vocari,
Lucernam noctu quis sine luce videt?

61.

Vtrum Coelum moveatur, an verô Terra?

Astronomi certant, Cœlum, hic, non terra movetur,
Alter, non Cœlum, terra movetur, ait:
Parvus homo mundus si verè est, nonne quiescit
mens Cœlum? Corpus mobile nonne *pedes*?

62.

Coelum. Terra. Mare.

Pro speculo littus servit cœloq; soloq;,
Namq; in eo faciem cernit utrumq suam;
Quin si conspiciunt se Terra polusq sub undis,
Mobilis est tellus non minus atq Polus.

63. In

63.

In Parentem Poligrammateum.

Magna decet ſacros & plurima ſcribere Vates,
Per vitæ ſcribis Tu quoq; multa dies:
Hoc nos disjungit; tu tantum *Scriptor* es *urbis*,
Scriptores *Orbis* nos ſacra penna facit.

64.

In Pictorem Egregium.

Sic mihi pinge meam, pictor divine, Lycorin,
ut pateant clauſi pectoris antra mihi,
Aemula Naturæ monſtrent penicilla colorem
Vivum, non fucum, nempe erit artis opus!
Omnia ſint oculis abſcondita cætera caſtis,
fac tantum pateant pectora nuda mihi.

65.

In Pictorem deformem uxorem habentem.

Tam benè cum poſſis pictas cenſere *figuras*,
tam malé cur *formas* noſcere, ſtulte, potes?
Mutatâ fiat conjux tua ſorte figura,
Jn formam mutet ſeq; figura tibi!

66.

In Poëtam Ebrium.

Eſſe Poëtarum vinum, dixere, Caballum,
Tam malè cur igitur te nebulo iſte vehit?

67.

Ebriorum pugna.

Miſcebant ebrii larga inter pocula pugnos,
tunc verè *fauſtus* cuilibet hauſtus erat.

68. Sa-

68.

Sanitatis alienæ Propinatio.

Quis credat fieri sua se per pocula sanum,
Insanum reddant cum tibi vina caput?

69.

Dolor dentium.

Heu dolor in medijs hæres mihi sæve *medullis*?
An nunquam est expers ergo doloris *amor*?

70.

De bonis operibus.

Laudat *Opus* doctrina bonum sincera Lutheri;
illo, ut salveris, quæritur an sit *Opus*?

71.

Christus Legislator.

Ferre jugum potuit nemo intolerabile Legis;
pro nobis legem Hic sustulit atque *tulit*.

72.

In divitem Avarum.

Noctes atq; dies patet atri Janua Ditis,
Perpetuo est clausus Carcere Pluto tuus.

73.

In Aurifabrum.

Artificis nomen si vis de jure mereri,
pro *forma* posthac *materiam* fabrica.

74 In

74.

In Saltatricem.

Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat,
Fortunæ Soror es nonne puella Salax?
Nempe tibi hinc illinc ut pes instabilis errat,
Sic mens inconstans stare quieta nequit.

75.

In Poëtam Podagricum.

Eligis è pedibus, vates, tot millibus unum
Spondæum, in spondâ dum sine fine jaces.

76.

In atramentum.

Quàm roseis niveisve genis Galatea nitescat,
quàm vario tingat Flora colore rosas.
Vix meliore manu magnus depingere Apelles,
quàm penna, hoc uno tincta colore potest.

77.

In Calefactorem nostrum E.

Ferreus es, ferrum nullo consumitur igne,
Ferrea te fornax, lignea furca decet.
Naturam expellas furcâ tamen usq; recurrit;
Furcifer es verè, nec tamen es *nebulo*.

78.

Avarus ad prodigum.

Quicquid habes, non solus habes; tua symbola scripsit
In librum Caupo; *sunt mea cuncta tua*!

23.

Fiat Voluntas Tua.

Contra velle meum fiat tua ſola Voluntas,
Tu modò *Velle* tuum da ſine *felle* pati!

24.

Panem noſtrum &c.

Da panem, pannum, pacem (quis plura rogaret?)
Nec victum nobis lurida cura coquat!

25.

Et remitte nobis debita &c.

Debitor eſſe tuus nolo, non ſolvere poſſum,
Me juvat hoc unum *Creditor* eſſe tuus.

26.

Et ne nos inducas &c.

Ne ſtans forté cadam rurſus, tentatus ab hoſte,
me tua contineat detineatq́ manus.

27.

Sed libera nos à malo.

Peſſimus eſt Orbis, ſunt omnia peſſima in Orbe,
Da nobis Cœlo liberiore frui.

28.

Quia tuum eſt regnum, &c.

Omnia cum largè dederit tua *Gratia* nobis,
Te meritò ſolum *gloria* tota manet.

29.

DE DEO.

Cur de laude tuâ non tota volumina ſcribo?
Artificem proprium ſat quia laudat opus.

30.

Apostoli. Epistolæ.

Christus *Apostolicos* in mundum mittere Servos
Suerat, at Hi servas mittere *Epistolicas.*

31.

Ad Pontificios.

Hæresis est propriè dicendo *Electio*; sano
Nos verè sensu dicitis Hæreticos:
Spemq; metumq; inter dubii dum pectore cæco
hæretis, benè vos dicimus *hæreticos.*

32.

Judas Ischarioth, & Pontifex R.

Proditione levi Christum vendebat Judas,
hic illum vendit *Traditione* gravi:
Nempe uno laqueo deberent ambo perire,
proditor inde levis, Traditor inde gravis.

33.

Ecclesia Romana infallibilis.

Erravit, si *Vir* Papa est, Ecclesia nunquam;
proh pudor! erravit: Papa fuit *mulier*!

34.

Christus serpens Exaltatus.

Laberis infelix ictu serpentis, Adame,
dum carpis fructus arboris illicitos!
Vis fieri sanus? Serpentem respice Christum,
Iste tibi vitæ fructus & arbor erit.

35.

Iustificatio Legis.

Justificat nos sola fides: de lege quid inquis?
Carnificis ritu Lex quoq; justificat.

36.

Decalogus.

Sunt præcepta decem, quod nemo impleverit octo,
Jn causâ esse solent ultima nempe duo!

37.

In Sacerdotes Pontific.

Cottidiè dum sacra legit, pro more, Sacerdos,
Jure queas illum dicere *sacrilegum*!

38.

Tarquinius Superbus.

Tarquinius fœdo vastavit turbine Romam,
Jam vastat simili more *superbus* eam!

39.

In Fratres Laicos.

Malchus erat Frater Laicus, Fratrumq; Choragus,
privavit fervens quem Petrus aure suâ:
Successor Petri verè si Papa vocatur,
Dispoliet Malchos quos-libet aure sua.

40.

Roma.

Matre Lupâ nutritus erat cum Fratre Quirinus,
Prædixit Fatum, Roma *lupanar* erit.

41.

Pontificis & Calvini Doctrina

De Sacra Coena.

Corporis huic falsa est, illi præsentia *panis*,
Fur Sacramenti sic mihi uterq; manet.

42. In

42.

In Rosam.

Floscule quàm tener es, non te decerpere pollex
audet, & attactum spina dolosa vetat,
Sed labra & nares foliis adhibere tenellis,
Te non invito suadet amœnus odor.
Juro te nostræ mores didicisse puellæ,
Jllius ingenium tu geris, illa tuum;
Jllicitos abigit Virgo castissima tactus,
fas tamen est labris bella labella premi!

43.

In Campanam.

Pendet in ore tibi lingua, est amplissima bucca,
diversumq; ciet pendula lingua sonum:
Hunc hanc, illum illam sacras dum ducis ad ædes,
Non campana, sed es buccina sacra magis.

44.

Solamen Pusillorum.

Jn nobis radiat divinæ mentis Jmago,
Nam Deus in minimis maximus esse solet.

45.

Pusillus ad Gigantem.

Jn me quid curtam derides, Longe, *Staturam?*
In te nil præter conspicio *statuam!*

46. In

46.

In Calendariographos.

Non malè ſignatis mendacia veſtra rubricâ,
Litera pro vobis victa pudore *rubet.*

47.

In Podagricum.

Germanus ſi forte ægrotum viſit Amicum,
quomodo ſtat, ſueto quærere more ſolet;
Quomodo res tua ſtet, non poſſum quærere, quæro
Quomodo res *jaceant*, Trunce miſelle, tuæ?

48.

In medicum Podagricum.

Quomodo, Amice, vales? *medicè*: juſtiſſima morbi
Cauſa tibi eſt, cum ſis ipse *Apotheca* Tibi:
Eſt corpus *fornax*, furit *ignis* fervidus intus,
diſtillat vinum cuprea canna pedum!

49.

In Iudam ſuſpenſum.

Scire cupis, quâ fortè pependerit arbore Iudas?
Augurium haud poterit fallere, *malus* erat.
Ferre malos fructus quæcunq; aſſueverit arbor,
Cum fructu digna eſt igne perire ſuo.

50.

In ignavum & voracem.

Cum piger ad quemvis ſis *cochlea* tarda laborem,
Cur nimis eſt velox *cochlear* ergò tuum?

51.

In Quendam.

Teutonicè potas, inſano es *Gallus* amore,
Perfidiâ *Græcus*, moribus *Arcadicus*.

52.

In Quendam superbè incedentem.

Es scipione *tripes*, *plumisq;* in vertice tectus,
Stulte, hominem sapiens te negat esse Plato.

53.

In Religionem Pontific.

Dum vultis Cœlum factis de jure *mereri*,
vestra fit in totum Relligio *meretrix*.

54.

In stultam cujusdam Eloquentiam:

Nil nisi subtiles vis prodere mente lepóres;
Sis licet ore *lepos*, es tamen aure *lepus*!

55.

Mulier nomine Regina:

Jure meo dicor stolido Regina marito,
absq; illo totam namq; *rego una* domum!

56.

In Blandinam:

Cur tam blanda tuo loqueris Blandina, marito?
quid quæris? juvenis *blandula Dina* fui!

57.

Actus voluntatis eliciti.

Eliciunt objecta actus; malè scilicet illos
dicimus elicitos, rectius *illicitos*!

58.

In Novaculam imberbi applicatam
Iocus ex Virgil: AEneid. 7.

De Camillâ.

Illa vel jntactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.

59.

Epitaphium duorum Fratrum

Quorum alter avarus, alter prodigus erat.

Par jacet hic Fratrum diversis moribus impar,
Alter *parcus* erat, *porcus* at alter erat.
Ne moveant lites, cistæ est inclusus avarus,
prodigus at patulo deglutit ore solum.

60.

In Lucernam.

A luce & cerno lucernam credo vocari,
Lucernam noctu quis sine luce videt?

61.

Vtrum Coelum moveatur, an verô Terra?

Astronomi certant, Cœlum, hic, non terra movetur,
Alter, non Cœlum, terra movetur, ait:
Parvus homo mundus si verè est, nonne quiescit
mens Cœlum? Corpus mobile nonne *pedes*?

62.

Coelum. Terra. Mare.

Pro speculo littus servit cœloq; soloq;,
Namq; in eo faciem cernit utrumq suam;
Quin si conspiciunt se Terra polusq sub undis,
Mobilis est tellus non minus atq Polus.

63. In

63.

In Parentem Poligrammateúm.

Magna decet ſacros & plurima ſcribere Vates,
Per vitæ ſcribis Tu quoq; multa dies:
Hoc nos disjungit; tu tantum *Scriptor* es *urbis*,
Scriptores *Orbis* nos ſacra penna facit.

64.

In Pictorem Egregium.

Sic mihi pinge meam, pictor divine, Lycorin,
ut pateant clauſi pectoris antra mihi,
Aemula Naturæ monſtrent penicilla colorem
Vivum, non fucum, nempe erit artis opus!
Omnia ſint oculis abſcondita cætera caſtis,
fac tantum pateant pectora nuda mihi.

65.

In Pictorem deformem uxorem habentem.

Tam benè cum poſſis pictas cenſere *figuras*,
tam malé cur *formas* noſcere, ſtulte, potes?
Mutatâ fiat conjux tua ſorte figura,
Jn formam mutet ſeq; figura tibi!

66.

In Poëtam Ebrium.

Eſſe Poëtarum vinum, dixere, Caballum,
Tam malè cur igitur te nebulo iſte vehit?

67.

Ebriorum pugna.

Miſcebant ebrii larga inter pocula pugnos,
tunc verè *fauſtus* cuilibet hauſtus erat.

68. Sa-

68.

Sanitatis alienæ Propinatio.

Quis credat fieri tua se per pocula sanum,
 Insanum reddant cum tibi vina caput?

69.

Dolor dentium.

Heu dolor in medijs hæres mihi sæve *medullis*?
 An nunquam est expers ergo doloris *amor*?

70.

De bonis operibus.

Laudat *Opus* doctrina bonum sincera Lutheri;
 illo, ut salveris, quæritur an sit *Opus*?

71.

Christus Legislator.

Ferre jugum potuit nemo intolerabile Legis;
 pro nobis legem Hic sustulit atque *tulit*.

72.

In divitem Avarum.

Noctes atq; dies patet atri Janua Ditis,
 Perpetuo est clausus Carcere Pluto tuus.

73.

In Aurifabrum.

Artificis nomen si vis de jure mereri,
 pro *forma* posthac *materiam* fabrica.

74.

In Saltatricem.

Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat,
Fortunæ Soror es nonne puella Salax?
Nempe tibi hinc illinc ut pes instabilis errat,
Sic mens inconstans stare quieta nequit.

75.

In Poëtam Podagricum.

Eligis è pedibus, vates, tot millibus unum
Spondæum, in spondâ dum sine fine jaces.

76.

In atramentum.

Quàm roseis niveisve genis Galatea nitescat,
quàm vario tingat Flora colore rosas.
Vix meliore manu magnus depingere Apelles,
quàm penna, hoc uno tincta colore potest.

77.

In Calefactorem nostrum E.

Ferreus es, ferrum nullo consumitur igne,
Ferrea te fornax, lignea furca decet.
Naturam expellas furcâ tamen usq; recurrit;
Furcifer es verè, nec tamen es *nebulo*.

78.

Avarus ad prodigum.

Quicquid habes, non solus habes; tua symbola scripsit
In librum Caupo: *sunt mea cuncta tua!*

85.

In pessimum quendam nebulonem.

Non tibi, non aliis benè vis, sis proximus ergo
Tu tibimet, nolo proximus esse tuus.

86.

In Cornigerum.

Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet,
O quoties ardet proximus Ucalegon!

87.

In mulierem pessimam.

Evam de costâ Patri fabricavit Adamo
Mundi-Faber, mores fœmina disce probos;
Declinare jubet dum te *genitivus os ossis*,
Os oris cur vis esse, maligna, magis?

88.

In Muscerdam.

Parturiunt *montes* nascetur ridiculus *mus*.
Parturiunt *mures*, nascetur ridiculus *mons*.

89.

In turris Babylonicæ Authores.

Hoc Per opus famam quis vos auxisse negaret?
Stultitiam totus prædicat Orbis eam.

90.

In mendacem.

Non vis esse *niger*, nec vis carbone notari,
Quin igitur per me *Creticus* esse potes.

91.

In quandam formosam.

Dum dubitat Natura, hominem faceretne Deamve,
Semi-hominem fecit semi-Deamq; simul.

92.

Census.

Curia Pauperibus clausa est, dat *Census* honores,
mentiris vates, Rusticus omnis ait!

93.

In Arithmeticum pauperrimum.

Prolem *multiplicas*, opibus nil *addere* nosti,
Subtrahe quod debes, quid *numerare* potes?
Quantillum *remanet* sitiens quod *dividat* hæres?
Ante obitum dices, Ars mea *nulla* fuit?

94.

In Nanum gibbosum, Mantuan. eclog 2.

Commoditas omnis sua fert *incommoda* secum,
& sorti *appendix* est illætabilis omni.

95.

In Bibliopolam.

Per te, more novo, sapientia venditur auro,
Nobilior pretio merx solet esse suo.

96.

Ad Invidiam.

Uxorem duxi, nupsit mihi candida Virtus,
Esse volo *famulam* conjugis *invidiam*!

97. Ad

97.

Ad Calumniatorem Suum.

Non omni careo maculâ, nemo undiq; purus:
Sed nolo maculis turpior esse tuis.

98.

In Zoilum.

Sive bonus me Lector amet, sive oderit, æquum est,
Zoile, protestor, nolo placere tibi.

99.

Ad Patronum suum.

Non opto multis, Patrone, placere, sed *uni*
soli præ multis opto placere *tibi*!

100.

In tertiam hanc Centuriam.

Tres si *Centuria* me non defendere possunt,
Propediem cernes, *hostis* inique, novam!

FINIS.



Errata quæ ob Authoris absentiam irrepserunt.

pag 1.lin.20. für dahin liß daher.pag.7.l.27.pro mortem lege montem.p.8.l.21.leg.teneros de more.p.9.l.11.pro sed leg.&.p.11.l.7.pro lectis leg.tectis.p.12.l.23. pro his undis leg.sub his undis.p.15.l.27.pro sua leg.suā.p.16.l.5.pro pose leg.posse.ibid.l. 8. pro osa leg. ossa. l. 9. leg. concupiscentū.p.17.l.2.leg. flagrant.ibid.l.7. leg.quottidiè.ibid.l.28. leg.diffili. p.18. l.19.leg.unquam.p. 19. lin.16.leg.mortuos.p.20.lin.10.leg. sentit.p,23.l.11. für hand liß händ.p. 25.l.22 pro sancta leg.sancti. ibid.l.seq. leg.me cum p.27.l.25.pro nabilo leg nablio. ibid.l.seq. adde puellebelle.p.32.l.4.pro bimo.leg.bino.l.13.leg. somniat.ibid,l.27.pro offerturleg.effertur.p.37.l.3.für Frewden-Straal liß Fewer-Straal. p.38.l.29. für in Circul liß im Circul.p.39.l.12.pro solent leg. solum.p. 41.l..10.für zu schlagē liß zu lauffen.p.48.l. 2. für zugeschlossē liß zugestossen.p.54.l.23.für schweig liß schweigt p.56.l. 16. pro æstu. leg. astu.p.59.l.12. pro maxillam leg.maxilla.p.66.l.6.quis pileum movebit? adde:curvabit ecquis poplitem cum funus efferère! p. 63.l.1. pro avara leg.avare.l.seq.leg. tribunal. p.64. l.27. pro jam leg.in.p.68.l. 13.für grosse liß grösse.p. 70.l.10. für 160.liß etlich sechzig.ibid.l.ult.für was liß das. p.71.l.1. für neblicht liß erbleicht.ibid.l.3.für hinderseits liß allerseits.ib.l. 19. für vertrawen liß vertraw du. p. 72. l. 18. für kanst liß kans.l.27. leg.dicant.p.76.l.20. für Sonnen liß Tonnen.p.77. l.26. für setz liß sey.p. 81.l.23.leg rumpar. pag. 82. l. penult. leg. cera. pag.84. l. 10. für verlassen liß verwerffen.p.88.l.15.für so sehr liß und sehr. p.92.l. 20. für dar liß da. p.94. l.4. für kein liß dein. p. 109.lib. 2.lege orbem.p. 111. numerus 81. &. 82. unum tantum faciunt epigramā. p. 112.l 5.leg.dolos.p 113. l.4. leg. bulla. p. 121. adde tit:super Epigr: 38. De iisdem. Cætera levia sunt, & facilè inter legendum corrigi possunt.

AUTHOR
Lectori benevolo Sal.

HAbes hic, Amice Lector, aliquot ingenii mei juventutem adhuc ſapientis-ſpecimina, quæ ſuadentibus Patronis & Fautorib, nonnullis luci publicæ exponere tandem auſus fui, Bonorum maximè candore ac humanitate fretus, qui nævos, ſi quos forté, de quo tamen non dubito, deprehendent, infucato benevolentiæ & amoris pallio velabunt. Sciant autem ſuaviſſimi Muſarum Amaſii, me, dum pagellis his FINEM affigo, manum tamen de tabulâ nondum traxiſſe, ſed opuſculum hoc ſingulis ſemeſtribus, dum fata Deusq; favebunt, auctum iri. Cæterum eos qui in cenſendis aliorum laboribus nimis ſunt curioſi ego non curo, ſic enim perpetuò in obſcuro laterem.

Vadite per totum felicia Carmina mundum,
Quàm bonus eſt lector tàm bona vos eritis!

